dẽtibus cinis murini simi indit. ¶ Itẽqꝫ vermes
terreni decocti ĩ oleo ⁊ triti ĩfundunt auricule ab
ea ꝑte qua dẽtes doleant. Eorũqꝫ vermiũ cinis exe
sis dẽtibus iniectis ⁊ ceteris cera obturatis ꝑfacile
eo cadere cogit. idẽqꝫ cinis ĩditus dolẽtibus iuuat.
¶ Itẽ ꝯburi debẽt harenule que ĩ cornibꝰ coclea-
rũ inueniunt in testa ⁊ cauis dẽtibus indite cũtinuo
finiũt dolorẽ. ¶ Idẽqꝫ ꝑstat fimus corui in lana al-
ligatus inuiolati aũt ꝑstant dẽtes si quotidie mane
ieiunus sub lĩgua habebis granũ salis donec lique
scat. ¶ Itẽ in dolore ceruini cornus farina colluũ
tur vel fricant. ¶ Itẽqꝫ albi bulbi cinis dẽtibꝰ fri-
tiũ ẽ ossaqꝫ ex angulis suis ꝯbusta eũdẽ vsum ꝑstat.
¶ Caprino itẽ lacte vtiliter colluunt. ¶ Itẽ ebuli
radicẽ ex aceto decoque ⁊ diu in ore tene. ¶ Itẽqꝫ
folia de buxo ⁊ aneti ramusculos teres in ollã mit-
te cũ aceto ad tertias ꝺcoque ⁊ tepefactũ ĩ ore tene.

¶ Ad dentes laxatos. CAP. II.

SI ex humore capitis se laxauerit dẽtes si
dolor fuerit infectus piretri radicẽ ꝯmasti
cet ⁊ in ore teneat omne decurrit reuma.
Est quidẽ radix vehemẽs sed postea do-
lorẽ sedat ⁊ refrigerat. ¶ Itẽ puluis ad reuma den
tium. Salis. ℥.ij. teres cum melle optimo diutius
⁊ colliges in ollam rudem quam gypsatam mittes
in ignem vbi vero in modum ignis canduerit tol-
les eam. ⁊ cum refrigerauerit iterum teres ⁊ facies
puluerem ⁊ vteris. ¶ Item ad confirmandos den
tes. Marrubij fasciculos.iij. cum aque sextarijs tri
bus decoques in olla noua ad tertias deinde gar-
garizabis tepidũ mane ⁊ meridie ꝑ dies.vij. Post
hec semen herbe galliculans quam alij dentalẽ alij
symphoniacam dicunt mittes super carbones ⁊ per
triuectorium totum fumum ore trahens omnes gin
giuas exsiccat ⁊ humores malos perducit ⁊ dentes
firmat. ¶ Itẽ myrthy fasciculum.i. cunotum rubi
fasciculum.i. ⁊ corticis mali granati in aceto ꝺcoqs
⁊ inde os sepiꝰ collues. ¶ Itẽ aristologiã tũsam in
puluerẽ dentibus laxatis iniicies confirmat. ¶ Itẽ
galle sinace. ℥.i. corticis maligranati croci deñ.iii. in
puluerẽ subtilẽ rediges ⁊ gingiuis ĩpones. ¶ Itẽ
puleii sine fumo lib.i. yris. ℥.vi. salis amõiaci.iii. oĩa
tunsa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

tunsa ⁊ cribrata ꝑ dẽtifricio habebis.¶ Jtẽ denti-
fricium ad hec folij ʒ.j.yo.j.masticis aphre.j.ostree te
stas numero.iiij.punicis.j.ʒ.panis cõbusti.j. cype-
ri.j.Omnia in puluerẽ redacta cõmisces ⁊ ex aceto
dẽtes fricabis.¶ Jtẽ puluis ad humorẽ dẽtiũ.Fa-
rina de sigala.ij.manus plenas tolles ac salis tantũ-
dẽ.facies pastã ⁊ coques ita vt in puluerẽ possis re-
digere.¶ Jtem costi semiunc̃.folij semiunc̃. capitis
sardene maioris cõbusti semiunc̃.auripigmẽti semi
unc̃.Hec omnia in puluerẽ redacta ⁊ cõmixta vte-
ris sic tamẽ vt prius de vino veteri os laues.¶ Jtẽ
ad dẽtifriciũ ad os quo omni tpe vteris lucernas sa
binẽses tres ĩplebis sale quarum foramina claudes
de cõpasso hordeaceo ⁊ mittes sub carbones ĩ aru-
la.ita vt triduo iugiter carbonibus sint opte.Quas
deinde tollẽs in puluerẽ mollissimũ rediges:addes
folij semiunc̃.costi.j.masticis.j.oĩa trita ⁊ cribrata in
vino miscebis ⁊ quotidie vteris.¶ Jtẽ ad dẽtiũ do
lorẽ.Quique foliũ in quo fraga nascũtur:elue aqua
marina.idqꝫ in ore ꝯtinebis.Quidã vero malũt ci
nere eius dẽtes fricare.¶ Jtẽ violã siccã invino co
ques.idqꝫ calidũ in ore cõtinebis.¶ Jtẽqꝫ vinũ pi
per ⁊ miscebis ⁊ tepidum in ore tenebis.Jn dẽtiuꝫ
aũt dolore qui ipse quoqꝫ ĩ maximis tormẽtis dinu-
merari potest.Vinũ ex toto arcẽdum aceto quoqꝫ
abstinendum.deinde in modico melle vtẽdum.ac
nemo dentes irritet.

¶ Ad dẽtium molariũ dolorẽ. CAP. III.

PRoserpine herbã quã alij camomillaꝫ
dicũt succus in aurẽ ĩstillatus sedat do
lorẽ.¶ Jtẽ agrestis lapatij qd alij ru-
micẽ dicũt radix cõmãducat:⁊ succus
in ore ꝯtinetur:statimqꝫ dolor tollit:ac cũ aceti cya-
this.v.cocta in ore aceto tento idẽ facit.¶ Jtẽ aco-
piũ calefactoriũ ⁊ valde summũ.facit enĩ ad eas va-
litudines que diuturne sint ad paraliticos straticos
⁊ opistoconicos sed ⁊ neruorũ cõtractiones ⁊ arte-
ricos ⁊ ad omnẽ dolorẽ totius corpis ⁊ turpitudinẽ
valde ꝓdest.Recipit herbe brathee ʒ.xlviij. samsu-
ci ʒ.cc. lxxxviij.rute seminis.xxiiij. Cardamomi ʒ.
xxiij.Squinantij ʒ.xij.Cacrij.xxiiij.baccharum lau
ri. xxiiij.piretri.xxiiij.cyperi.xxiiij.mel iloti ʒ.itj.
Hec oĩa tundes ⁊ cribrabis grosso cribello ⁊ ĩfun-
des ĩ vino summo ꝑ dies tres.quarta die vᵒ mittes
oleũ sauinũ vel spanũ:⁊ oĩa suprascripta coques cũ
oleo diligẽter molli igne.postea exprimes oĩa:⁊ in
oleum mittes cerã.⁊ oĩa reliqua in oleum mitti de-
bent.postea tolles myrre ⁊ stactis ʒ.xvj.cere rubee
lib.iij.terebynthine ʒ.vj.calami aromatici.iij.costi.
iij.styriacis.iii.yo.iii.piperis albi.iii.piperis cõmu-
nis.iii.sinapis ʒ.xlviii.spicanardi ʒ.iii.folii.i.afroni-
tri.iii.opo balsami.vi.adipis vituli marini.vi.medul
le ceruine.vi.gutte amoniace.iii.olei nardini lib.j.
olei sauini veteris.ij.olei cyprini pondo.iij.olei he
rini. iij.olei laurini.iiij.olei styracini libr.j. Jsta se-
quentia aromatica tundes ⁊ cribrabis ⁊ cõmisce-
bis cum omnibus suprascriptis ⁊ cum opus fuerit
vteris:⁊ super maxillã ĩposita sanat dẽtes molares.
¶ Jtem apocum ad scyaticos ⁊ dẽtes molares im
positum. Galbani ʒ.j. opoponacis.ij. euforbij. ij.
smyrne.ij.adarcis.ij.sagapeni.ij.castorij.ij.cere.iiii. Smyrne i. myrte.
axungie veteris.ij.piperis.j.oĩa contundes ⁊ cri-
brabis.Postea vero miscebis cum galbano ⁊ opo
ponace ⁊ axũgia ⁊ vteris oĩa suprascripta sed ⁊ dẽ
tes molares sanat.

¶ Ad dentes vitiosos aut cauos. CVP. IIII.

GAllas alexãdrinas.xx.folij quãtum suf-
ficit aduersus gallas masticis grana.l.
croci parom.piperis grana.lx. balaustij
cauliculos.v.floris rose quãtum suffi-
cit.Hec oĩa in puluerẽ redacta habebis ⁊ vteris.
¶ Jtem ad dentes cauos.Titimalli ⁊ caprifici lac
cum galbano resolutum ⁊ cauis dẽtibus inditũ tol
lit dolorẽ ita vt cerã superponas ne lingua adurat.

¶ D tifritiũ ad dẽtes cãdidos faciẽdos. CAP. V

PUnice combusto ⁊ trito ad dẽtifritiuꝫ
vteris.¶ Jtemqꝫ conchilii marini te-
stam sale plenã cõbures ⁊ vteris.Den
tesqꝫ inde fricabis.¶ Sepie item te-
stam tunsam cribrabis.⁊ candidi erunt:⁊ cum vino
candido piperato dentes lauabis.

¶ Ad dentes molares vel omnes vt sint incorru-
pti. CAP. VI.

VJtis albe butrionis succi cotilas. ij. ⁊
mori radicũ radices coques ad tertias
⁊ ĩ ore tenebis ⁊ dilues ꝑ dies septeꝫ ⁊
nũqꝫ dolebũt dẽtes:⁊ĩcorrupti ꝑstant.

¶ Ad dẽtionẽ quãdo ĩfantes dẽtiũt. CAP. VII.

LActe caprino ⁊ leporis cerebro gĩgiue
perfricant.¶ Jtẽqꝫ delphini dẽtium
cinis cũ melle gingiuis illinitur. ¶ Ce
rebrũ pecudis in cibo datur.¶ Jtẽqꝫ
folijs hedere prune ad sufficiẽdum supponuntur.
¶ Et itẽ butyrum cũ melle tẽperabis ⁊ gingiuas
inunges.¶ Jtẽ dẽtes equi qui primo cadũt alliga
ti facilẽ dẽtionẽ prestãt.ac melius si terrã non attin
gant.¶ Et itẽ canicule dẽte gingiue tãguntur:eũ-
dẽqꝫ effectũ habẽt dentes delphini.

¶ De egritudinibꝰ pectoris ⁊ pulmõis. Trac. IX.

¶ Ad pectoris dolorem. CAP. I.

PLurimis morbis obnoxiũ est pectꝰ ⁊ im
patiẽtissimũ frigoris:qd cũ vexatuꝫ est:
nõ vno genere seuit sed ĩfert tussim ⁊ pu
rulẽtas excreatões sanguis: vomitꝰ:pty
sim:sincãcẽ:qbꝰ singulis queãdmodũ placeat succur
ri explicari conabimur.¶ Nasturtiũ itaqꝫ ex lacte
caprino decoctũ ⁊ ĩ sorbitõe datũ patẽter pectoris
dolorẽ emẽdat. Jdẽ quoqꝫ prestat si in aqaa coqua
tur ⁊ ipsa aq̃ bibat.¶ Jtẽqꝫ rnta exvino coqtur ⁊ si
ipm vinũ bibit tollit dolorẽ.¶ Canapi item semẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

cōmāducatum similiter facit. ¶ Item si quis circa
cor vel pect⁹ dolet puleiū ieiunus māducet. ¶ Itē
ad pectoris siue thoracis dolorē si plenū fuerit fleg
mate vel ꝑfriguerit aut tussis fuerit cū crasso fleg-
mate coques in olla noua fenogreci heminā ī aque
sextarijs .iij. Isopi salsiculū .j. puleij feniculi origa-
ni ⁊ rorismarini tantundē donec succus ad vnū sex
tariū redigat᷑: exinde potionē ieiunus ⁊ sero alterā
bibes. hocqꝫ ꝑ triduū facies: sed ⁊ in balneo dū su-
das accipies potionē pectus quoqꝫ tunde vēditiā
calastico cōfricabis. Res enim est optima ⁊ stoma-
chum curat.

¶ Ad Tussim. CAP. II.

Lactuce seminis deñ .xx. panacis radicū
xxxvj. castorij .xvj. myrre .xij. croci. viij.
opij .ij. cū melle cocta colliges dabisqꝫ
in modum nucis auellana. ¶ Item pa
nacis radicis deñ .xxxvj. lactuce semis .xxx. rute .xiiij
myrre .xiiij. lini seminis .xvj. opij .x. croci .vj. castorij.
vj. Hec oīa cum melle cocta colliges ⁊ dabis ī mo
dū nucis auellane ⁊ sanus erit. ¶ Itē fenogreci fa
rina cū aqua ꝯcocta donec amaritudinē amittat ad-
iecto melle iterū coques ⁊ deuorata tantū tussim se-
dat ⁊ pectoris vlcera expurgat. ¶ Itēqꝫ sepe aphre
cum sinapi ꝑ triduum date tussim sedāt. ¶ Itē sa
uina herba tunsa in puluerē ⁊ cribrata cū viola ru-
stica ⁊ bacche lauri sicce pari portione trite admi
xto pipere equali ꝑte addito melle siue mulsa: ⁊ sic
potui data mox sanat. ¶ Itē vitellum oui durū ex
passo tritum adiectis calide aque cyathis .ij. anteꝙ
dormitū vadis: bibas nō solum eadē qua nocte tus
sim sentiebas sed ⁊ ꝑsonatus vitio molestissimo ca-
rebis. ¶ Itēqꝫ enule puluere lingula plena melle
mixto ⁊ cocto vnā mane ⁊ alterā sero accipies. hoc
tussim bulsis medet᷑ ⁊ arterias lenit. ¶ Itē feno-
grecum infundes in aqua fontana ⁊ alia die cū ipsa
aqua coques in vase nouo ⁊ quātū succi cocti exie
rit tantum mellis adiungis siculi nō despumati. ac
rursum leniter coques ad carbones agitādo semꝑ
fasciculo apuleij ānotini sine fumo ī virga ligato: ⁊
vt scias quādo sit coctum guttā in marmore pones
que si cito se strinxerit leuabis exinde ⁊ mittes ali-
quātum piperis triti vel pro voluntate accipiētiū
vel tēporis qualitate. Cū vero accipe volueris ca-
lefacies leniter ad cineres. ⁊ accipias mane coclear
vnum. ⁊ cum dormitū vadas alterꝫ. ⁊ noli cum īpe
tu vorare vt paulatim descēdat: ⁊ inferiora leniat.
¶ Itē fenogreci frixi in patella noua leniter. lētis
alexādrine silr̄ frixe equas portiones. Fabe quoqꝫ
solide similit᷑ frixe grana .x. teres diligēter Puleiū
ēt sine fumo mastici grana ⁊ costum. pipis albi gra-
na .xxij. in melle miscebis ⁊ dabis sero ⁊ mane co-
clearia singula. ¶ Itē ad tussim ⁊ si sanguinē emit-
tit. Enule pulueris. ℥ .ij. feniculi seminis .ij. Puleij
sine fumo .ij. Piperis .j. Hec oīa tundes ⁊ cribra-
bis: mitte sqꝫ in mel despumatū ⁊ accipies mane co-
clear .j. ⁊ sero .j. ¶ Item ad tussim. Thuris masculi
℥ .j. mastice .j. resine frixe meliorisqꝫ cyathum. Hec
oīa in puluerē redacta miscebis melle despumato
ponesqꝫ in focū ⁊ agitabis ⁊ hic dabis tussiēti mane
coclearia .iij. ⁊ sero .iij. ⁊ nō cenet. ¶ Itē sedat tus-
sis. Faba fricta desecta eaqꝫ faba ī cibo vel ex melle
sumpta tussicis expurulētis excreationib⁹ medetur.
¶ Itē bacchas lauri .xxj. ac piperis semiunc. teres
diligēter ⁊ adiecto melle despumato sufficienti da-
bis mane coclear plenū. ⁊ sero aliud. ¶ Itē aduer-
sus diuturnā tussim vinū phalernū vtiliter ieiunus
sorbebis. ¶ Itēqꝫ ficus aride coquātur cū isopo ⁊
aqua ⁊ ex ea aqua tussiētibus ꝓpinat᷑. ¶ Sūt item
mēbrane in vētribus gallinaceoꝝ que ꝓijciunt᷑ qua
rū cinis potioni īspersus distillatiōes ⁊ pectoris hu
midas tusses siccat. ¶ Itēqꝫ testas crudas tritas cū
aqua tepida cyathos tres sorbeat. ¶ Itē seuū oui-
num decoctū cū vino austero tussi medet᷑. ¶ Item
qꝫ oua cocta ⁊ in melle trita in cibo dant᷑. ¶ Oua
itē cruda ꝑmixta cū pari modo passi bibunt᷑. ¶ Sa
daraca nihilomin⁹ cū resina therebynthina ouo sor-
bili īdita edit᷑. ¶ Pulmo itē ceruinus cū gula sua
arefactus in furno. deinde tūsus ex melle quotidie
edit᷑. ¶ Itē elecmadiū ad tussim exꝑtum. Lini se-
minis purgati ac frixi. ℥ .iij. cymini purgati ⁊ frixi .ij.
nuclei frixi .iiij. vue passe īnucleate .iiij. piperis semi
unc. mellis optimi quātū sufficiat dabisqꝫ mane ⁊ se
ro coclearia singula. ¶ Itē elegmadiū. ℞. lini semi
nis purgati ⁊ frixi. ℥ .x. su. ℥ .j. yris deñ. vj. nucleos
numero .xx. mellis optimi despumati quātum suffi-
ciat. dabisqꝫ ī modū auellane sub lingua tenēdum ⁊
paulatim cū resolutū fuerit: glutiat. ¶ Itē elegma-
diū ad tussim. ad epar. ad splenē. ⁊ ad tēsurā venaꝝ.
℞. Cardamomi fricti heminā .j. piperis albi. ℥. vj. li
selij gallici .vj. mellis attici lib .j. rute viridis fascicu-
lū. coquesqꝫ mel agitādū ꝙdiu ferueat bis aut ter ⁊
ꝯmiscebis sicca. īterpositoqꝫ die postea accipias ma
ne. ℥ .j. ⁊ sero .j. ¶ Itē elecmadiū ad tussim. ℞. Iso
pi. ℥ .j. puleij .j. therebynthine .ij. yris .j. piperis .iij. li
ni seminis frixi .iiij. bacchas lauri numero .v. ama-
ras amygdalas .xx. mel qđ sufficiat. ¶ Itē elecma-
diū ad tussim. ℞. petrosilini. Isopi. yrcos. peganij.
piperis. nuclei leniter frixi. erui rubei. puleij. mastici
ana. ℥ .j. mellis despumati qđ sufficit. ¶ Itē cata-
putie ad tussim sedādam. ℞. galbani deñ. tres. styra
cis tres. opij .j. tundes oīa simul ⁊ cribrabis diligē-
ter ⁊ facies cataputias. ⁊ ī nocte accipiat vnā siccam
sed nō cenet ⁊ postea non bibet. ¶ Item cataputie
ad tussim. ℞. opij. ℥ .j. myrre trogodite .j. styracis ca
lamite .j. galbani .j. Omnia hec in pila tūdes: donec
fiant vt cera. ⁊ facies pillulas in modum pisi. Ex quī
bus ternas cū aqua calida dormitum eunti dabis.
¶ Item cataputie ad tussim. ℞. styracis ⁊ galbani ⁊
opij ana deñ .iij. miscebisqꝫ eas ⁊ facies cataputias.
¶ Item grana piperis maioris dabis ad noctē tria
vorāda. ¶ Item cataputie que ꝓsunt ad tussim hu
midam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

midã. Galbani:styracis:yris:pini ⁊ ilicis. ℥.j. omnia qꝫ ea trita in puluerẽ melle bene cocto colliges ⁊ facies pillulas ad dimidias. dabisqꝫ ad noctez ternas vel quaternas. ¶ Itẽ cataputie ad tussim. ℞. pipis albi granũ. C. papaueris agrestis succi semiunc̃. croci deñ. ij. styracis duos. castorij tres. iusquiami semis tres: que oĩa teres ⁊ cribrabis miscebisqꝫ ⁊ addito melle iterꝫ teres ⁊ facies pillulas in magnitudinẽ Ciceris maioris. dabisqꝫ ieiuno tres ⁊ sero similit᷑: hoc experimẽtatũ est. ¶ Cataputie itẽ ad tussim siccaz. Myrre. ℥.j. piper: castoriũ: galbanũ: opiũ equali põdere castoriũ ⁊ piper tundes ⁊ cribrabis. Myrram leniter tundes ⁊ cedris tũsis admiscebis. Ubi omniũ vnitas fuerit formabis pillulas scrypuli magnitudine. dabisqꝫ ternas vel quaternas ad noctẽ aqua calida glutiẽdas. ¶ Itẽ cataputie ad tussim ⁊ antidotũ faucium summũ. Apij seminis ʒ. viij. aneti seminis octo. iusquiami deñ. v. opij spani ʒ. iiij. omnia colliges cũ melle. ¶ Itẽ ad tussim ei qui iã desperatus est. Lomẽtum fabe: puleiũ: sine fumo: Isopũ ⁊ petrosilinũ equaliter ℥.j. tundes: spice indice tãtũdẽ miscebis melle despumato cũ piperis triti granis. xxv. ex hoc dabis coclearia tria. ¶ Itẽ hedere gũmi resolutũ vino ⁊ in sorbitione sumptũ vetustissime tussi medetur. ¶ Itẽqꝫ sape sex cũ adipe porcino pari pondere ⁊ modico salis cocta ⁊ potui data veteres tusses sanat: ⁊ ceruicis dolori ꝓdest. ¶ Enule item puluis in vino potatus bulsis ⁊ inflationibꝰ ⁊ arterijs medet᷑. Piperis nihilominus deñ. vj. nuclei frixi ℥.j. daptyli tres. Isopi cretici sex. mellis despumati hemina. j. marrubij. j. isopi. j. gigiberis deñ. xij. mellis qđ sufficit. ¶ Itẽ antidotũ ad tussim: qđ magnã habet virtutem. ℞. croci deñ. xv. spicenardi ℥.j. euforbij. j. piretri deñ. ij. piperis albi ℥. ij. opij thebaici. j. iusquiami albi tres. mellis attici despumati quãtũ sufficit. Opiũ autem cũ melle teres. cetera quoqꝫ teres ⁊ tundes ⁊ cribrabis ⁊ cũ melle miscebis. indeqꝫ in modum auellane in aqua resolutũ dabis ita vt qui accipit non cenet. ¶ Itẽ ad tussim ⁊ ad eos de quibus desperatur. Recipe erui sextarium vnũ yris ℥.j. mellis discocti pond. j. hisqꝫ omnibus in se permixtis dabis ieiuno pillulas. iij. ex melle inuolutas ⁊ vespere similiter. ¶ Item myrrã sub lingua teneat ⁊ in ipso momẽto desinit tussis. ¶ Itemqꝫ ad tussim Herbã marrubium ⁊ piperis grana. xxv. fabam frixam tunsam in vinum teres ⁊ cribrabis adiecto melle commiscebis ⁊ vteris. ¶ Itẽ medicamentum ad tussim quod recipit sandaracã lybanũ medullam ceruinã tũdes aũt sandaracã ⁊ lybanũ ⁊ tẽperabis cũ medulla ceruina ⁊ facies trociscos in modũ oliue ⁊ mittes in testam cum carbonibꝰ ⁊ pones traiectoriũ suꝑ testã ⁊ cooperies de mappa ⁊ os tenebis in traiectoriũ ⁊ sic fumũ trahes. ¶ Itẽ bacchãrũ lauri cũ sinapi ʒ.j. pipis. j. nuclei. j. amigdale amar̃. j. mellis li. j. cũ dimidia dabis cũ succo fenogreci. ¶ Itẽ cataputie ad tuss. veterẽ

…omẽtũ. …arinã.

que faciũt stõ: steliacis: dissentericis: freneticis: epaticis: spleneticis. Recipiũt myrrã opiũ styracẽ ⁊ hec equalia. ¶ Itẽ cataputie ad tussim. ℞. dyastyracis ⁊ opij. ʒ. vj. iusquiami. vj. myrre. iiij. costi. iiij. croci. iij. styracis itẽ. ij. ⁊ hec de aqua fingis ad magnitudinẽ orobi maioris. dabisqꝫ. vij. aut. ix. ¶ Itẽ beticon pulei. ʒ. iiij. isopi. iiij. piperis. iiij. colligis cũ melle ⁊ dabis coclearia. ij. vel. iij. facit ⁊ ad pthysicos. beticos deñ. j. amei. ℥.j. opij. deñ. iij. nuclei. iij. mellis cocti qđ sufficit. ¶ Itẽ nuclei frixi. ʒ. vj. cymini frixi. j. piperis. j. ⁊ semis. vuue passe frixe. v. que oĩa colliges cũ melle ⁊ vteris. ¶ Itẽ ad tussim sedandã. Teste coclee crude trite cũ aque ciatis. iij. tepide sorbent᷑. ¶ Itẽqꝫ coclee cũ testis suis trite adiecto croco edunt᷑. ¶ Ursinũ quoqꝫ fel ꝑmixtũ cum melle. ¶ Saliue itẽ equi triduo potate ternis potionibꝰ ex aqua calida sanant. ¶ Itẽqꝫ sorbitiũculã ex alica seuo caprino perunctã dabis. ¶ Picẽqꝫ liquidam in ouo iecurqꝫ lupi coctũ esui dabis.

alias orobi.

alias bethion. i. saliua.

¶ Ad tussientium antiquas ⁊ diuturnas valitudines. CAP. III.



Therebyntine. ℥.j. butyri. j. melis olei. j. oĩa simul cõmiscebis: ⁊ in vnũ corpus rediges primoqꝫ accipies coclearia. ij. dehic tria donec saneris. ¶ Itẽ ad ptysicos. Amidalas purgatas nũero. xxj. piperis grana xxxi. sinapis coclearia. ij. tũdes ⁊ cribrabis. addesqꝫ portionẽ mellis atici: ⁊ dabis mane ⁊ sero coclearia singula. ¶ Itẽ ad tussiz cũ multo defectu. Pinias resinatas ꝯfractas nũero. iij. lini seminis lib. j. graminis viridis fasciculũ. j. pulei tãtũdẽ. coques in vini sextarijs. iij. ⁊ aq̃ celestis sextario. j. ad dimidias colabis ⁊ adijcies mellis libr. ⁊ dabis coclearia terna.

¶ Oximel ad flegmata icidẽda. CAP. IIII.



Squille i carduo. ℥.i. pullej. j. isopi. j. origani. j. mittes in acetũ ⁊ decoques ⁊ colabis: addesqꝫ mellis duplũ: ⁊ ad carbones lentos iterꝫ coques agitãdo diligenter donec spissitudinẽ aquatioris mellis sumat. Hũcqꝫ dabis ieiuno coclearia. ij. vel quantũ volueris: ⁊ post cenã similiter. ¶ Itẽ ad flegmata icidẽda salis cõis lib. j. salis amoniaci. ij. piperis cõis. ℥. iij. piperis albi. iij. gingiberis. iij. folij. ij. spice vo nardi semi. radicis lasaris semi. amei semi. thymi semi. opij semis semi. petrosilini semiunc̃. anisi semiunc̃. isopi semiunc̃. origani semiunc̃. eruce seminis semiunc̃. miconis seminis frixi semiunc̃. tũdes ⁊ cribrabis ⁊ vteris. ¶ Itẽ apozima ad incidẽda flegmata. Coques anetũ siccum ⁊ radices apij in aqua cui aque ad moduz potõis calide addes oximelis simplicis coclear. j. ⁊ bibes ieiunus per triduum ⁊ cum volueris. ¶ Item codiorobũ ad purgãda flegmata. Piperis. ʒ. j. petrosilini. j. mastici deñ. j. erui rubei. ℥. iij. yris. ij. isopi ii. nuclei. iiij. foliorꝫ rute viridis. ij. mellis põd. iiij. dabisqꝫ ieiuno coclearia singula vel bia ꝑ cã seu viribꝰ.
¶ Item ad flegmata incidẽda. Yris semiunc̃. isopi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

deñ.vj.mellis cytarchũ dimidium simul coques in aque sextario.j.⁊ semis.ita vt sextari⁹ remaneat po-stea collabis:⁊ accipies mane ⁊ sero coclearia singu la.¶ Itẽ elecma ad hec ⁊ ad ptysicos. Erui infusi ⁊ in vmbra siccati tũdes ⁊ cribrabis.℥.ij. selame.j. yris semiunc.mellis despumati q̃d sufficit. ¶ Itez oxiporiũ ad hec.Mellis heminã.j.aceti quartariũ. rute viridis fasciculũ.j.cymini coclear vnũ piperis g̃na.xx.nitri deñ.vj.¶ Itẽ epitima ad pectoris fle-gmata resoluẽda.Butyrũ:larycẽ:yrinũ: medullaz ceruinã:lini semen:fenogrecũ:cerã adipẽ anserinũ. oĩa equis põderibus mittes:adipẽ tãtum duplum mittes.¶ Itẽ epithima ad hec .Butyri.℥.ij. adi-pis anserini.ij.isopi ceroti.ij.olei anetini.iij.medul-le ceruine.ij.cere.iiij.¶ Itẽ ad flegmata.Pastina-ce seminis.℥.j.melonũ seminis.ij.teres ⁊ cribrabis ⁊ cum melle despumato ꝑmiscebis:⁊ dabis coclear vnũ vel duo.¶ Itẽ elecma ad hec ⁊ ad pthysicos.
Erui.i. orobi. Sesame.℥.ij.erui.ij. yris.ij. mellis despumati q̃d sufficit.¶ Itẽ ad eos qui purulẽta expuunt vel q apostema habent.Laricẽ:butyrum:eruuz ⁊ mel ad carbones vnũ corpus efficies:⁊ dabis coclearia sin gula vel terna ꝓ etatib⁹. Quidã vo succũ marrubij addũt qui flegma ⁊ pus in pulmonib⁹ hñt ⁊ tussiũt.

¶ Ad ptysicos. CAP. V.

TRadit vtile esse Ptysicis ⁊ longis lan guoribus morari in saltibus vbi pinus nascit. Aquosa vero ⁊ marina loca de-bent vitari.Prosuntq̃ ptysicis cancri fluuiales in cibo ⁊ iure sumpti.¶ Viridis item la-certa decocta in vini sextarijs tribus ad cyatũ vnuz redeat.exindeq̃ singula coclearia dabis ꝑ singulos dies.donec cõualescat. ¶ Itẽ ad pthysicos poma caprisisci nũero.xxj.cõbures ⁊ facies puluerẽ pipe ris grana.xx.⁊ vtrũq̃ melle despumato cõmiscebis ⁊ dabis mane coclear vnũ ⁊ vespere aliõ.¶ Itẽq̃ suis femine lardũ manducat.herba paste adipis itẽ recẽtis.℥.iij.in vini ciatis tribus decoquunt ⁊ mel le addito glutiunt. ¶ Itẽ pulmo vulturis combu stus sup sarmẽta ⁊ in puluerẽ redactus ⁊ cũ florib⁹ rose ⁊ croco equis partibus tritus cõmiscet ⁊ ĩ mo dũ dimidij coclearis cum vini potione bibitur sero ⁊ media nocte ⁊ ante lucem. Si autem febriunt:in aqua calida hocq̃ ⁊ ad sanguinis reiectionem facit. ¶ Item thus masculum teres bene ⁊ addes San darace tantundem : ⁊ teres postea medullam cerui nam.Similiter ex his trociscos factos longos ser-uabis in charta ⁊ cum opus fuerit facies carbones de vite valida ⁊ extingues:⁊ vnum carbonem exca-uabis quantum possit recipere medicamenti. Pil-lulamq̃ vt modum ciceris maioris formabis: ⁊ hũc rursum accendes:⁊ pillulaz suppones traiectoriũq̃ operies circũdato litheo vt tot⁹ fum⁹ ĩtroducat.Cũ vo respirar voluerit. ac tussir coopit digito claudat hocq̃.ter faciat singulas pillulas singulis imponen-do carbonibus:hoc ⁊ ad tussim ⁊ ad reiectionẽ san guinis facit.¶ Itẽ dragantũ album tenerũ eliges⁊ infundes in careno optio biduo vel triduo postea teres diligẽter.⁊ addes mellis attici quãtũ sufficit post meridiẽ.¶ Itẽ ad ptysicos vel ad eos qui pu rulẽta expuunt.ad eruptionẽ sanguinis ⁊ tussim ve terẽ hoc medicamẽtum bene facit.Opij denarius vnus aqua exigua diluit:⁊ cum aluminis scissi triti puluere sex miscet:⁊ fiunt globuli ciceris amplitu-dine.dãturq̃ ieiuno quaterni vel quini.¶ Itez ad secãdum renma ptysicoꝝ tẽporaliũ. Anisi.℥.j.apij seminis vnã.petrosilini vnã.myrre trogoditis dena rios duodeciz.piperis albi sex.spice nardi vnũ mel lis despumati quãtum sufficit dabisq̃ ĩ modũ auel lane cũ aqua calida.¶ Itẽ antidotum ptysicis in-cõparabile.Piperis deñ.tres.myrre vnus. opopo nacis.j.thuris masculi vnus.opij vnus gingiberis vnus.lasaris dimidius.rute sicce.℥.j.abrotani vna. nascici vna.puleij semiuncia.mellis optimi despu-mati sextarius vnus.vini aminei quartarius.papa-ueris quoq̃ triti ⁊ excocti hinc ptysicis ꝓpinare ꝓ desse memorat.¶ Itẽ antidotum ad ptysicos.℞. piperis albi.℥.j.cardamomi vnã.opij vnã.iusquia-mi.℥.j.myrre denariũ vnũ.clauci cretici dnarios.vj croci tres.sulphuris viui semiunciã gẽtiane deñ.vj ex quib⁹que debẽt tundi tundant:⁊ que teri terã-tur.⁊ cribrata vniuersa cũ melle attico quãtum suf ficit cõmiscebis.ita vt spissitudinẽ in modũ empla-stri efficias.hoc denuo in mortario teres : ⁊ ĩ vitro repones.Labis aũt magnitudine Bacche lauri nõ plures ex aqua calida cũ dormitũ vadit:ne aliquem supsumat humorẽ.¶ Itẽ ad ptysicos.Carnes asi-ni ex iure resumpte ptysicis ꝓsunt.suis femine cine res ex passo ꝓpinant.¶ Inueniq̃ iã desperatũ pty sicum sanatũ hoc modo.Radicis decoctio in puni ci mali cortice mixte ex aque cyatho.j.⁊ lactis men sura quotidie sumptum data profuit.

¶ Ad synthesim. CAP. VI.

SYnthesis quoq̃ nec periculo nec facie ptysi dissimilis morbus est:cui sic me-det.Alice cyathi.iij.ĩ passi sexta.j.⁊ aq̃ sextarijs.vj.cõijciũtur ⁊ sensim coquũ-tur:donec aqua cõsumat:tũc suffundũt lactis oui-lis ac caprini sextariũ:quod feruefactũ in vsu sorbi tionis accipit quoq̃ ꝑ se primis diebus curationis vtũtur.ꝓcedẽtibus diebus ⁊ mel adijciũt ⁊ vtilissi mũ putãt eos ĩ aqua marina lauari.¶ Itẽ oxipriũ ad synthesim vel ad tussim q̃d cõficitur sic. Pipe-re albo.℥.j.gingibere.ij.petrosilino.ij.libistico.℥.vj factũ puluerẽ cum melle despumato ꝑ dies octo in sole teres:⁊ hinc ieiunus coclear vnum accipies.

¶ Ad sanguinẽ excreãtes ⁊ ptysicos effectos. CAP. VII.

POrri sectiui succũ cum lacte mulieris si parũ cyathos.ij.ieiuno dabis tepefa ctũ.¶ Itẽ ad emoptoicos. Seminis cauliũ deñ.iij.myrre.ij.picis optime.ij. teres

teres diligēter.⁊ cribrabis dabis febricitāti cū aqua
sanis v̾o cū styptico vino coclear plenū. Sed dieb⁹
ipsis cerebellū porcoꝝ comedat ⁊ daptylos. ¶ Pa
nem aūt modicū micatū cū ipsis cerebellis accipiat.
¶ Itē qnq̧ crudoꝝ ouoꝝ luthea ī vini hemina pro
pinant̄. ¶ Prodest itē aquā bibere ī qua cytonia
decocta sunt. ¶ Itēq̧ spōgie aphre cinis cū porri
sectiui succo sorbet̄. ¶ Sāguinē nihilomin⁹ excreā
tib⁹ herbe seneciōis succū ad chyatū vnū potui da-
tus sanguinē sistit. ¶ Itēq̧ sāguinē excreātes mar
rubij ꝯtriti ī vini cyathis quattuor calicē vnū ieiuni
bibāt. ¶ Itē sanguinē ꝑ os q̄ iactat: vel pus. Bet-
tonice deñ.nouē.⁊ lactis capꝛini recētis cyathos tres
bibat ꝑ tridnū ⁊ ꝯtinuo san⁹erit. ¶ Itē ad emoptoi
cos. Porri sectiui succi coclearia.ij.plantaginis ma
ioris succi.ij.succi reumice.ij.aceti acri coclearia.iij.
oīa ꝑmixta ꝑ triduum dabis. ¶ Itē ad eos q̄ pus
expuūt. Lini seminis deñ.ij.gūmi veteris cyathos
sex.picis trite ⁊ cribrate deñ.iiij. abrotani triti ⁊ cri-
brati.ij.amigdalas amaras nūero.xv.thuris masculi
deñ.x.resine therebyntine.j.galbani.ij. mellis attici
ꝑ modo oīaq̧ simul ꝯmiscebis donec ad crassitudi
nē veniāt ⁊ dabis ad māducandū. ¶ Itē ad emo-
ptoicos. Fenogrecū purgabis diligent̄.⁊ in cacabo
nouo feruere facies ⁊ primo feruore effundes: sed
nō totū.postea addes aquā ⁊ ferueat vsq̧ dū exco-
quat̄. Postea colabis ⁊ mittes marrubium album
nuces pineas puleiū: eruū: ⁊ camephitin vt totū ī se
ferueat.diebusq̧. vi.bibēdū dabis. ¶ Itē trocisci
ad emoptoicos. ℞.ypocisti balausti citini aā.℥.j.om
phatij.ʒ.iij.gūmi.i.aque celestis qd̾ sufficit ad faciē
dum trociscos. Habeatq̧ trosciscus deñ.iij.febrici
tātib⁹ cū aqua calida: sanis v̾o cū vino. ¶ Itē tro-
ciscus diacātes ad emoptoicos. ℞.acātis.ʒ.vj.ypo
cisty.vi.lycij.indici.iiij.opij.iiij.balaustij.iiij.myrre.
ij.reupōtici.iiij.accipit hic rosaꝫ aut myrtū coques
cum sapa omnia ⁊ facies trociscos habentes.ʒ.j.⁊
dabis cum sapa cyatos.ij. ¶ Item trociscus emo-
ptoicis optimus. ℞.libani roris syriaci ypocisti: co
ralli ana.℥.j. tundes teres ⁊ cribrabis omniaq̧ si-
mul miscebis ⁊ facies trociscos habentes.ʒ.j. da-
bisq̧ cum oxicrate.

Oxicra- ... ē aceti ... mixtū.

¶ Ad sanguinem reijcientes. CAP. VIII.

Usgami seminis.ʒ.vj.lini seminis.ane-
ti seminis.styriacis. dauci cretici.croci
aā.ʒ.iiij. opij purgati ⁊ castorij ana.iij.
myrre.ij. mādragore.iiij.pipis.viij.oīa
teres diligent̄. addisq̧ mellis optimi qd̾ sufficit si-
mul miscebis ⁊ dabis. ¶ Itē rubi ī q̄ mora nascūt̄
caules teneri tūdunt̄ ⁊ ex his succ⁹ expmit̄ q̄ in sole
ad crassitudinē mellis siccat̄.hic haustus sanguineꝫ
efficacissime claudit. ¶ Itēq̧ ruboꝝ cauliculi ex vi
no austero decocti edunt̄. idq̧ vinū sumit̄. ¶ Itē
simphiti radicis.nocte sub cinere rase ⁊ trite.℥.ij.
masticis aphre.j.nuclei pinei.j.pipis.gña.xxj.trita
melle ꝺspumato miscebis ⁊ superadijcies betōice
herbe tūse pulueris.℥.ij.⁊ ex eo mane ⁊ sero dabis
coclearia.ij. ¶ Itēq̧ fimū caprinū tritū in puluerē
vel ipsuꝫ fimū recētē in lacte caprino dabis bibere.
¶ Itē herbe serpilli mōtane sice ⁊ tūse puluis deñ.
xij.⁊ cū vino potui datus sanguinē sistit. ¶ Itē ca-
prifici folia siue radices ī cīerē redacta.⁊ ad deñ.xij.
ī vini cyathis trib⁹ potui data ēt ⁊ dissētericis faciūt.
¶ Itē sulphuris viui deñ.iij.ī ouo crudo sorbeat.
¶ Itēq̧ feniculi folia trita ⁊ cū aceto mixta pectori
appōas ac potui des mirifice iuuāt. ¶ Pulmo itē
vulturis in sarmētis vitis ꝯbustus ⁊ in puluerē re-
dactus ⁊ cū florib⁹ rose ⁊ croco eqs pōderib⁹ tritus
in modū dimidij coclearis cū vini potiōe bibit̄.sero
⁊ media nocte ⁊ ante lucē febricitātibusq̧ cū aq̄ ca-
lida accipiāt.hoc ēt ptysicos mire sanat. ¶ Itē san
guinē reijciētib⁹ q̄ de alto ceciderūt. Verbasci radi
cis cortices ī ligno tūsos admixto vino dabis bibe
re facitq̧ iumēto rupto ea potio ꝑ cornu dat̄.facitq̧
ad eos q̄ aliqd interi⁹ ruperit. ¶ Itēq̧ ei q̄ ex alto
ꝑcipitat⁹ sanguinē vomit. Millefoliū ex aceto bibē
dū dabis. ¶ Itē ad reiectā sanguinis grauit̄ tussiē
tib⁹. Erui farie sexta.j.yris lib.j. anxūgie veteris qd̾
sufficit ex vino teres ⁊ ieiuno dabis. ¶ Itē cornus
ceruini cinis ī vino veteri potui dat̄. ¶ Coagulūꝫ
aūt ceruinū vel leporinū ex aceto bibit̄. Et si purulē
ta expuunt̄ ouū crudū cū pari mēsura succi porri se
ctiui sorbent̄. ¶ Itēq̧ coclee elixe terūt̄ ⁊ ex aqua
bibunt̄. ¶ Itidēq̧ coclee inlote ex aqua maria co-
quunt̄ ⁊ ita deuorant̄. Coclee rursus cū testis suis
trite addito croco edunt̄. ¶ Itē porri capitati suc-
cū cū faria thuris sorbebis. ¶ Farinā itē qua char-
te glutināt̄ calidā ī modū sorbitōis sumes. ¶ Itēq̧
aqua ī qua rosa ⁊ ruta ⁊ isopū decocta sunt vino mi
scebis ⁊ ita potui propinabis. ¶ Marrubij quoq̧
scopas cū pane ꝺcoq̄s: easq̧ ex aqua bibes. ¶ Itē
vue ī vinaceis seruate faciūt excreātib⁹ sanguinem.
¶ Oleastri itē folia ꝺcoquunt̄ ex melle dāturq̧ co
clearia.iij.palme q̄q̧ thebaice comedunt̄. ¶ Itēq̧
citonia matura cruda deuorant̄. ¶ Nuclei rursus
amigdalaꝝ cum anulo al̾s amilo ⁊ mentastro edun-
tur. ¶ Item semen vrtice vel myrti contritum in vi
no bibes. ¶ Gūmi item optimum cum vino resol
ues ⁊ dabis: ac si fieri potest gūmi ex amigdalis sit.
¶ Itemq̧ hedini sanguinis recentis tres cyathos
cum pari mensura aceti feruentis potui dabis.
¶ Bubulinus quoq̧ sanguis cum modico ace-
to sumptus iuuat.

Caprificus.i.ficus agrestis.

¶ Ad eos qui sanguinem de stomacho vel vena sa tis emittunt. CAP. IX.

Ummi alexandrinū teres diligēter ⁊ fa-
cies puluerē molissimū ⁊ ex hoc coclear
plenū mittes in puscā megelitā ⁊ bibes
sed de ipso puluere mittes in orizā siue
in similam ex lacte coctaꝫ ⁊ sic māducabis. ¶ Itē
gūmi optimū in ore soluat̄ ac sic paulatim glutiatur
multoq̧ melius si in amigdalinum fuerit.

Medicina Plinij.

¶ Ad pulmones. CAP. X.



Eniculi succi cyathus.j.potui dat⁹ mirifice pulmoni facit. nullūqȝ inest periculū ēt si febricitāti dat. ¶ Itēqȝ pētafolij herbe succus ad cyathos.iij.potui datus vitia pulmonis emēdat. ¶ Aceris iteȝ arboris succus ad.ℨ.iij.sepius sumptus pulmonū vlcera sanat. ¶ Itē cedrū integram decoques ⁊ ex ea aqua in potum cyathos.ij.assidue dabis. Ea enim pulmōibus vitiatis teterrimū spūm emēdat. ¶ Itē lac cū herbe cētaurie tunse puluere quasi cataplasma factū calidūqȝ pectori sinistro suppositūȝ ꝑ dies iiij.vitia pulmonū sanat. Lac vero quotidie bibet cum herbe suprascripte puluere ad deñ.ij. ¶ Itē butyrum ex melle pari mēsura decoques donec rufum colorē trahat.reponesqȝ in pixide:⁊ ieiuno ligulam plenā dabis ei qui pulmones vlceratos habet. ¶ Itēqȝ rafani succi cyathos.ij.passi cretici.iij bene ꝑmixtos tepidos dabis bibere.pulmōes vitiatos sanat. ¶ Itē ad pulmonū dolorē.Anetum siccum vetus teres atqȝ cribrabis. Resinā quoqȝ miscebis cum adipe veteri. ¶ Butyrū ēt ⁊ mel equali modo coquesqȝ vsqȝ dum rubeus color sit,repones in pixide:⁊ inde mane ⁊ sero ligulā edat cui vlceratus pulmo fuerit.idqȝ reddet eū sanuȝ. ¶ Itē ad eos qui pulmonum causa tussiunt vel flegmata spissa cū sanguine mixta proijciunt.infundes pridie dragātum in aqua.⁊ coques cum melle despumato ac supmittes croci triti quātum necesse fuerit,⁊ ex hoc dabis mane ⁊ sero coclear vnū. ¶ Item ad eos qui pulmonis vitio tussiunt. Squille pōdo.v. aceti optimi sexta.x.pineas.iij.puleij fasciculos.iij. coques ad tertias ⁊ colabis,addesqȝ mellis despumati sexta.ix.⁊ iterū coques vsqȝ dum bene se commisceat.⁊ accipies ad coclear ꝓ viribus. ¶ Itē coruí masculi.ℨ.j.eucinij spermatis.j. opoponacis.j. citaperi.j.isopi.j.aristologie rotūde.j.mellis qd̄ sufficit cōmiscebis.dabisqȝ in modū auellane maioris cū aque cyathis.iij. ¶ Itē ad vitia pulmonis. Corij cedri exterioris lib.j.mellis.iij.vini aminei.j.piperis.ℨ.j.gingiberis.ij.petrosilini.j.coques vero cedria in vino vsqȝ dū virtutē amittat.⁊ vinū ad dimidias redigatur:⁊ ita mittes mel ad spissitudinē mellis ita vt agitando refrigescat:⁊ superinfundes in siccum:⁊ terendo vnum corpus efficies: hoc facit ⁊ stomaticis.

¶ Ad suspirium. CAP. XI.



Erbe sauine deñ.ij. butyri. mellis.ℨ.ij.cōficies electauriuȝ ⁊ ieiuno dabis. ¶ Itemqȝ rafani semē ⁊ sulphur viuū pari portione trita ⁊ mellis admixta ieiuno ad coclear dabis.aut radicis succum cū aqua mulsa bibat. ¶ Item marrubiū cuȝ suis radicibus tundes ⁊ succum ex eo melle admixto equaliter coques ⁊ ex eo singulis diebus coclearia.ij.sumes suspirium aufert ⁊ concreta flegmata ex intimo pectore educit. ¶ Itēqȝ prestat eadē herba sicca in aqua decocta ⁊ similiter data. ¶ Itemqȝ betonice herbe pulueris denarios.ij.in nitro mellis vel oximellis cyathis.iij.dati suspirationes auferunt ⁊ omnia interiora flegmata sursum euocant.⁊ stomachū purgant ⁊ dolorem eius auferunt:si quotidie bibūtur. ¶ Idēqȝ facit eadē herba in aqua decocta ⁊ eadē aqua in nitro mellis data. ¶ Itē mel ⁊ butyrum simul decoques donec soluantur . deinde adijcies aphronitruȝ matronale ad dimidiū ⁊ vteris. ¶ Itē aristoloice rotunde radicis succum siue puluerē ad ij.deñ.in aque calide cyathis.ij,potui dabis suspiria ⁊ singultus emēdant. ¶ Itemqȝ super carbones fimum siccum carbonibus incensum pones ⁊ per traiectorium fumus eius ore ductus suspirium tollit. ¶ Roris itē marini viridis fasciculum bonū decoques in aqua cum.iij.caricis germanicis donec fiat quasi carenum indeqȝ dabis matutino calicē bonum.⁊ si volueris similiter post cenaȝ. ¶ Itē betonice sicce pulueris.ℨ.j.ex aque calide cyathis ij.bibat. ¶ Itē ad hoc ⁊ anhelitum. Cotomorū succi cyathos.iij.ex melle equali siue vino decoques. Sumpti enim suspirio laborantes releuāt ⁊ hydropicos ac spleneticos factos. ¶ Cocta similiter cotonea ⁊ tunsa ⁊ illinita vel in modum cataplasmi imposita emēdant. ¶ Item sulphuris viui deñ.iij.in ouo sorbili accipiat:ita vt frigidis abstineat. ¶ Itēqȝ aphronitri matronalis pastillum.j.aut. ij.vel.iij. cum mulsa bibat. Herba enim que in arborum lacuminis cauisqȝ corticibus consistit potata cito liberat. ¶ Fel quoqȝ vrsinum in aqua calida dilutū ieiunus bibat donec sanetur quod celerrime ꝯquiescit. ¶ Item betonice deñ.viij.in cyathis.iij.mulse ieiuno dabis cum dormitum vadit. ¶ Item trociscus ad pomon hoc est ad suspirium. ℞. āmoniaci triti.ʒ.viij.abrotani octo.castorij.iiij.omnibusqȝ tritis facies trociscos ⁊ dabis cum oximelle.

¶ Ad lateris dolorē idest pleuresim. CAP. XII



Vte ⁊ iunci radicuȝ fasciculi singuli ⁊ piperis albi grana.ix.trita in vini cyathis tribus ieiuno dabuntur. ¶ Itemqȝ succū eruce viridis ad modū potionis.vel sex grana piperis cuȝ salis grano tepefacta bibes:⁊ transibit dolor. ¶ Itē ad lateris ⁊ iecinoris dolorē. Tolles costi deñ.xij.eupatorij.xij.aloe sex.petrosilini.x.baccharum lauri.x.fenogreci quattuor.piperis.xij.⁊ hec omnia in puluerē rediges ⁊ dabis ex eo coclear plenū cum aqua calida ieiuno: ⁊ iaceat in ipso latere. ¶ Itē ad pleureticos qui in periculo sunt melius facit. Piperis.ℨ.j.myrre troclitis deñ.iij.mellis attici lib.j.mel vō ⁊ piper coques sup lētos carbones donec paululū spisset.postea depones:⁊ sic mittes tritā myrrā cum modico melle diligenter ⁊ dabis vt glutiat coclearia duo. ¶ Item antidotum ad pleureticos quod mox dolorem minuit ad tortiones etiam que remanent ex

dolore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

dolore colli specialiter ⁊ ad omnes dolores frequẽter eo vtimur. ℞.castorij sicci denarios.xviij. dauci cretici seminis.xviij.panacis radicis.xviij. iusquiami albi nouẽ.opij thebaici nouẽ. Hec omnia tundes ⁊ cribrabis diligenter ac miscebis melle optio despumato ⁊ repones in vase stagnato:⁊ ex eo dabis quãtum est faba.cappadocie cũ aqua calida potiones tres. ¶ Item epythima pleureticon dyapecanum. ℞.cere.ʒ.nouem.olei ciprini lib.j.opoponacis.ʒ.ij.rute viridis sex.sulphuris viui duas. gutte amoniaci.iiij. ¶ Panacem vero ⁊ guttam cum vino veteri teres ⁊ ruta trita cõmiscebis:⁊ addes sulphur tritum.deinde facto ceroto ꝑmiscebis. ¶ Itẽ confectio pleuretica. ℞.isopi ceroti.ʒ.vj.therebynthine sex.cere sex.solues autem ceram ⁊ therebynthinam isopum cerotum ⁊ sic admiscebis yreos tũsum. ¶ Itẽ epythima pleureticon dyapecanuꝫ. ℞. cere libram vnam.therebynthine.j.olei cyprini vnã opoponacis.ʒ.ij.rute viridis vnam sulphuris viui duas. ¶ Item ad lateris dolorem. Stercus caprinum in silua inuẽtum resolutum in aqua ⁊ ꝑcolatũ ac potui datum celeriter ⁊ efficaciter q̃uis vehemẽtissimum dolorem mitigat. ¶ Itemqꝫ tritum apri stercus ⁊ ad motum lateris dolorẽ sanare certissimũ est. ¶ Item ad lateris dolorẽ qui respirare nõ potest. Fenugreci.ʒ.j.piperis denarios quattuor.croci duos in puluerẽ rediges ⁊ cõmiscebis: dabisqꝫ coclear plenum in potiõe:si febricitat dabis ex mulsa cyathum vnum ex aqua calida. ¶ Itemqꝫ coriãdri semen teres ⁊ cribrabis ⁊ cuꝫ melle coques donec spissum fiat:⁊ exĩde mane ac sero coclearia tria dabis. ¶ Itemqꝫ rape denarios.xv. exmulse cyathis quattuor dabis per diem. ¶ Item ad eos qui lateris dolorem patiũtur ⁊ sanguinem expuũt. Rapas tritas ex aqua:⁊ lac caprinum dabis in die ieiuno ⁊ cum dormitum vadit. ¶ Item herbe ebuli radicem dũmodo sine medulla sit ex aqua calida bibat:⁊ lumbricos eijcit. ¶ Item emplastrum ad lateris dolorem. Marrubiũ ⁊ ceram ⁊ oleum in vnũ conteres ⁊ panno illinies atqꝫ impones.

¶ De egritudinibus cordis. Trac. X.

¶ Ad cordis dolorem. CAP. I.

Betonice herbe ⁊ puleij ⁊ nepete fasciculos singulos equali pondere cuꝫ salis modico in vinoveteri decoques ad medias ⁊ ex eo cyathos.ij.potui dabis. ¶ Itemqꝫ suprascriptaꝝ herbarum pulueris deñ.j.in vini cyathis.ij.similiter bibat. ¶ In lacte item caprino nasturtium coques ⁊ ex eo dabis bibere. ¶ Item rubi folia trita pectori imponunt̃: ⁊ succus eoꝝ bibit̃. ¶ Itemqꝫ leporinus adeps cũ vino resolut⁹ bibit̃:⁊ cor ei⁹ siccũ in puluerẽ tritũ cũ vino dat̃. ¶ Acuculas itẽ piniviridis diligẽter tectas cũ vino optimo bibas.⁊ postea pinguib⁹ abstineas ⁊ liberaberis. ¶ Itẽ ad cordis dolorẽ potio mirabilissima. ℞.piperis albi grana.xxxvij.lauri bacchas.ix. nucleos.ix.rute sicce fasciculos.ix.testam cucurbite siccam tritã pensantẽ lib.ij. Hec oĩa simul tundes ⁊ cribrabis ⁊ exĩde dabis coclear.j.in aqua calida statim: enim liberat. Calculũqꝫ hec potio mirifice curat. ¶ Itẽqꝫ ad cordis dolorẽ siue pulsum. Cyminũ ethyopicũ cõmanducabis ⁊ succũ eius gluties.

¶ Ad cordis pulsum. CAP. II.

Costũ panace ⁊ fenugrecũ equis põderibus in puluerẽ rediges:⁊ cũ melle attico repones cõmixtum:⁊ cũ opus fuerit coclear plenũ ieiunus cum aqua calida bibas ꝑ triduũ. ¶ Aristologiã item rotundã in puluerẽ rediges ⁊ ex eo deñ.iij.ex vino ꝑ triduũ bibes. ¶ Item cataplasma ad cordis pulsum ac stomachi dolorẽ siue iecoris ⁊ splenis. ℞.mastice tritum palmulas tritas ordei ⁊ frumenti farinam: vinuꝫ vetus qđ sufficit q̃ oĩa miscebis ⁊ tepefactis illinies pannum ⁊ loco qui dolet appones. ¶ Item reuponticum ex vino veteri tritum ieiuno potui dabis.

¶ Ad p̃cordiorum dolorem. CAP. III.

Uniuersum p̃cordia appellamus: que aliq in plura diuidũt vocabula. vocantes mõ stomachũ. vbi in cã sit interduꝫ iecur. interdũ p̃cordia. Hec cum se grauauerunt p̃ter durissimũ dolorẽ velocissimã mortẽ ingerũt. ¶ His itaqꝫ caninus catulus lactens subinde apponit̃ in quẽ idẽ vitiũ transire constat:quo defuncto obrui moris est. ¶ Itẽ porri sectiui succũ cũ lacte mulieris pari potione in dolore ieiunus bibas. ¶ Ocimum itẽ tritum ⁊ impositũ p̃cordijs ꝓdest. ¶ Itẽ lini seminis sexta.j.⁊ fenugreci.j.in aq̃ mulse sextario.j.decoques ⁊ calida impones pãno sepiusqꝫ suppones. Sed aliq addunt feniculi farinam cũ pari mellis sicqꝫ decocta imponit̃. ¶ Itẽqꝫ citonia cruda vel cocta ceroti modo pãno illiniunt ⁊ calefacta p̃cordijs supimponũt. ¶ Radix itẽ aceris tũsa cum vino prodest. ¶ Itẽ ad p̃cordiorum ⁊ iecoris dolorẽ. Leporis epar tritum ex vino siue sicci puluis in aqua datus epatis simul dolorẽ ⁊ fastidium aufert. ¶ Itẽ antidotũ ad hoc. ℞.costum gingiber fenugrecũ cyperum ⁊ piper pari potione:adiecto epaturio cũ melle despumato:qđ in vitreo vase repones.⁊ exinde deñ.ij. dabis bibere in passo cretico cũ careno. ¶ Itẽ ad p̃cordioꝝ dolorẽ Bulbi triti ⁊ illiniti tumorẽ p̃cordiorum curant:⁊ vẽtrẽ molliunt. ¶ Lini itẽ semen deñ. pondere. feniculi quoqꝫ tantundẽ ex aqua mulsa decoctũ in pãno dũ adhuc calidum est p̃cordijs impones. ¶ Item ad coctionẽ. Isopum cum oximelle ieiunus vel post cenam bibat. ¶ Itẽ lasaris vini modicum ex aque frigide sex.iiij.dilues:⁊ dormitum eunti dabis bibere. ¶ Itẽ digestorium quod recipit mellis attici põde.j.betonice.ʒ.iiij.in vino hec ꝑmiscebis ⁊ feruefacies.⁊ cum refriguerit facies pastillos nucis auel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

lane magnitudine ⁊ in cena manducabis. Si vo vẽ ter torquetur. Bette radices cum oleo coques ⁊ bibes. ¶ Itẽ ad eos quos linquit animus aut mẽs ⁊ alienãtur quibusq; vertigines fiunt. Cocleas singulas cum sua testa tritas ex passi cyathis .iij. calefacta potione per dies nouẽ dabis. Aliqui in eadẽ curatione dant per dies .v. in eadem passi mẽsura. prima die cocleã vnam. sequẽti duas. tertio tres. quarto duas. quinto .j. Eademq; curatione suspiria tolluntur. In his languoribus si febris nõ sit: marina aqua lauari vtile est. ¶ Itẽ iecinori prodest in cibo viuaria porcelli modo massata stomachoq; medet᷑. ¶ Et item si fieri potest coclee aphricane in cibo sumpte que coquunt᷑ intacte ex aqua. deinde ĩ primis torrẽtur tunc ex vino ⁊ garo edũtur impari numero. sicq; etiã stomachi dolori medẽtur. ¶ Prosunt item viue coclee ex aceto deuorate.

¶ Ad cardiacos. CAP. IIII.



Uta ex aceto ⁊ melle cum farina ordeacea mixta ⁊ pectori imposita emendat. ¶ Itemq; vinũ calefactum spongie infusum ⁊ mãme sinistre impositũ sudorem sistit. ¶ Cornus item caprini ⁊ ceruini cinerẽ oleo myrtino p̃miscebis: ⁊ ex hoc aduersus sudorẽ nimium corpus omne perungit᷑. ¶ Lactuce itẽ albe nomẽ est syris que trita ⁊ imposita mãme sinistre magnifice sudorem minuit. ¶ Aqua quoq; potui datur ĩ qua holera discocta sunt sale addito. ¶ Itẽ rute fasciculus in rosaceo ⁊ aceto decoquit᷑ ⁊ adiecta aloes .ʒ. j. in olei p̃unctione sudorẽ sistit. ¶ Radix itẽ ferule ex oleo ⁊ aceto p̃uncte sudorẽ minuit. ¶ Itẽ myrti semẽ cum polẽta ex vino mãme sinistre ĩponit᷑. ¶ Itẽq; folia rubi in quo mora nascuntur trita p̃ se ĩponunt᷑. ¶ Succus quoq; moꝝ rubi potui dat᷑. ¶ Puluis aũt ex myrta folijs testis ĩspersus sudorẽ sistit. ¶ Lapillus similiter q̃ in ventriculo hyrũdinis ĩuenit᷑. ¶ Itẽq; ad eos q̃ in ĩfirmitate nõ sudant. Cucumeres siluaticos ĩcides in oleum ⁊ in solem pones in vase vitreo forti ne crepet ⁊ exinde vnges vt sudet.

¶ Libri secundi. De medella egritudinum membrorum naturalium: generatiuorum: ⁊ extremoruz: Tractatus primus. De egritudinibus stomachi.

¶ Ad dolorem stomachi cuz accidia ⁊ nausea ⁊ ad inflationem ⁊ defectionẽ. CAP. I.



Astice aphre absynthij põtici succũ. puleiũ sic cũ pares portões tritas ĩ vase vitreo s̃uabis ⁊ dũ opus fuerit stomachũ nardo inunges ⁊ sic puluerẽ sparges ⁊ chartaz pones ⁊ sup̃ chartã lanã ⁊ fascias. ¶ Itẽq; ĩ dolore ⁊ vitio stomachi. Calastico vẽtidiani sepius stomachũ ꝯfricabis. ¶ Itẽ herbe betonice radicũ fasciculũ .j. verbene .j. agrimonie .j. coques in olla noua cũ aque sextarijs .ix. ad tertias ⁊ exĩde ieiunus potionẽ mane vnã ⁊ sero alterã bibat p̃ dies .vij. vexatũ stomachũ releuat. ¶ Itẽ cõfectio. Rute semis coclear plenũ. salis montani tantũdem. sulphuris viui similiter. Hec omnia teres diligẽter ⁊ cũ vino miscebis vt singulas potões p̃ triduũ ieiunus bibas. ¶ Itemq; terre malũ coctũ ⁊ tritum melle modico admixto coclear plenũ ieiunus mãduces accidiã tollit. ¶ Carnem itẽ vaccinã cũ aceto coctã ⁊ cõditã oleo: sane: aneto: porro: mãduces p̃ dies .vij. lassum stomachũ subleuat. ¶ Itẽ ad dolorẽ ⁊ fastidiũ stomachi qui nec cibo nec potu iuuat᷑ ructus quoq; amaros patit᷑. Cẽtaurie .j. fellis terre cõteres lib. j. ex aque calide ciathis quattuor. dabisq; ieiuno bibẽdum p̃ triduũ discutit᷑ ĩfirmitas. ¶ Itẽ fomẽtũ ad dolorẽ stomachi. Absynthij fasciculũ .j. aneti .j. mastice semunc. nardi celtici semiunc. storacis tantundẽ. olei pond. iiij. melum vel citoniuz viride vini veteris hemina. omnia hec infusa prius feruefacies ⁊ postea fouebis. ¶ Itẽ ad. dolorẽ stomachi quo in modũ epytimi vti debeas. Citonij purgati crudi triti .ʒ. iiij. aloe triti .ij. mastice aphre pulueris .j. daptilos pingues purgatos ⁊ tritos numero .v. His omnibus cõmixtis facies cerotuz de olei Camomillini .ʒ. sex. ⁊ cere .iij ⁊ in hũc cerotũ mittes suprascriptas spẽs ⁊ vteris. ¶ Itẽ ad inflationẽ stomachi ex qua defectus ⁊ angustia nascit᷑ bulbũ cruduz in pila tũdes. hũc ĩ mortario in modũ ceroti teres addesq; pulueris aluminis scissi quãtũ ad substringẽdũ sufficiat deinde pãnum ex eo illinitũ ⁊ tepefactũ stomacho suppones. ¶ Itẽq; ad ĩflationẽ stomachi. Rutã mãducabis. ¶ Itẽ potio ad vẽtositatẽ stomachi tollẽdam. Cecudaz: allium ⁊ lauri folia simul coques cuz aqua ⁊ bibes ieiunus ⁊ post cenã. ¶ Itẽq; enule pulueris coclear .j. ieiunus bibas in vino. ¶ Itez epithima ad vẽtositatẽ stomachi. Melliloti .ʒ. iiij. fenugreci. iiij. costi. cymini .j. apij semis .ij. cere .iij. olei .iiij. nardi .iiij. daptylorũ vino infusoꝝ quãtũ sufficit. ¶ Itẽ ad inflationẽ stomachi. Piperis deñ. ix. puleij sextliqua: ⁊ dabis coclearia .iij. mane ⁊ sero. ¶ Itẽ totiapizanõ ad stomachi ĩflationẽ facit ⁊ ad pleureticos cere lib. j. rute viridis .j. ⁊ semis. adipis porcini .j. ⁊ semis. pituine .j. teres aũt rutã cũ adipe porcino ⁊ sic mittes que soluta sunt.

¶ Potio ad dolorem stomachi splenis ⁊ epatis. CAP. II.

Ipis .ʒ. iij. piretri semiunc. cyperi deñ. xviij. spice celtice .ʒ. j. oĩa sep̃atim macerant᷑ cribrãt᷑ atq; pẽsant᷑: ⁊ facti ex his pulueris dat᷑ ĩ potõe vini absynthiaci coclear plenũ post curationẽ corpis ⁊ vnctionẽ: ita vt accipiat ĩ p̃rio triduo ⁊ biduo ĩtermisso rursuz accipiat biduo: ⁊ itex ĩtermissa vna die accipiat duas partes coclear .j. post .j. ¶ Cataputie ad dolorẽ stomachi que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

chi que vētrē leniter laxāt. ℞. aloe. ʒ. ij. gētiane. j. mastice. j. facies ex his cataputias erui magnitudine ⁊ dabis īcipiēs a. iij. vsqꝫ ad. vij. ¶ Itē ad stomachi dolorē. Urticā summā semē habētē deme ⁊ diligēter laua ⁊ ex ea sorbitionē facito bñ ꝯditā sine pipere: vtilissime enī sumit ad omne genus valitudinis qđ in stomacho ꝓuenit: ac sine dubio curabis: ⁊ vt breuiter explicemus quātū enī ꝯstet de laude experimēti oēm librum possemus replere: hoc facias qđ infrascriptū est. ¶ Feniculi radicis illa que de foris est tenera sublata pond. j. ⁊ semis ꝑ triduū in aceto macerabis: tertia die decoques ipsas radices modicū colabisqꝫ ⁊ adiūges in ipso aceto mellis sexta. vnū: ita vt simul ferueat ipm mel cū aceto: ⁊ adiicito aloe semiunc. amei. ʒ. j. mastice semiunc. asari. j. oīa hec mixta ieiuno dabis coclearia tria: ꝙ si inflatio stomachi: vel ītestinoꝝ erit puleiū bibito vel mānducato. ¶ Itē ad inflationes. Rute hortēsis modicū in potione sarcillū mittes. ¶ Itēqꝫ ad stomachi dolorē. Folia rose. v. vel septē aut certe. ix. cum piperis granis totidē trita ex aq̄ calida bibas. ¶ Itē ex nuce pinea grana numero. xx. purgata: ⁊ cyminuꝫ qđ tribus digitis capere potueris cōteres bene in mortario additis aque frigide cyathis duobus: atqꝫ earum rerū vncia dimidia dāda velociter sanat.

¶ Ad calefaciēdum stomachum ⁊ angustias eius. CAP. III.

Ute: aneti: mēte: apij fasciculos singulos decoques ī aque calicibus tribus, ita vt ad vnū calicē redeat ⁊ eam aquā bibes. ¶ Itē ad defectionē ⁊ calefactionē stomachi vel nauseam. Absynthiū ⁊ anetum in aqua decoctū ad tertias accipias. detergit: calefacit ⁊ ꝯsolidat. ¶ Itē ad angustias stomachi. ¶ De melle oleo ⁊ vino farina ordei fenugreci meliloti: apij seminis sansuci camomille absynthij ana. ʒ. ij. accipies ⁊ facies cataplasma ⁊ vteris dieb⁹. v. ⁊ habebis horis ternis impositum. Bibas aūt ipsis diebus ieiun⁹ apozima radicū apij cū oximelle. Post cataplasma aūt vteris epytimo hoc. ℞. aloe. ʒ. iij. yreos. ij. apij seminis semiunciaꝫ. nitri. j. bacchaꝝ lauri iij. fenugreci. iij. sansuci. iij. cere semiunciā. mellis ꝓ oleo quātū sufficit. Post epitima aūt bibat hierā artegē. ⁊ post aliquot dies bibat costi coclearia singula interiecto biduo.

¶ Ad cōfortandum stomachum. CAP. IIII

ad tertias decoquat̄ colabisqꝫ oleū diligēter: ⁊ cera
addita facies cerotū: exquo si laueris p̱ diē secundo
vnges: si minus semel. ℭ Itē trociscus physicꝰ ad
dolorem suspendendum podagre vel chyragre. ℞.
terre alexādrine lente.ʒ.ij.thuris masculi.j.⁊ semis
herbe lentigle q̄ in aqua nascit̄ succi coclear vnum.
aceti acri duo. Hec oīa simul teres ⁊ penna illinies
dolorē vehemēter leuat. ℭ Itē malagina. ℞.costi.
ʒ.j.folij.j.gingiberis.j.piperis albi.j.iusquiami se
mis.j.sulphuris viui.j.picis.v.pecule portionē vnā
nitri assi.ʒ.j.amoniaci.j.alcyonei vnā. Ex his q̄ sic
ca sunt tūdes ⁊ cribrabis ⁊ cū primum pix ⁊ pecula
resoluta fuerint mittes amoniacū vt simul soluatur
agitabis diligēter ⁊ cōmiscebis deinde cū tepefieri
ceperint mittes que tunsa sunt paulatim ⁊ agitabis
diligēter: ⁊ supra marmorē aqua lotū fundes medi
camē: qꝺ tepefactū colliges: vteris aūt sic. Primum
cataplasma facies de nitro albo ⁊ bulbis tritis dili
genter mixtū tēperatū cū vino leui: ita vt spissum sit:
qꝺ tepefactū ad carbones ⁊ pāno illinitū suppones
⁊ post triduū solues post qꝺ statim malaginata su
prascripta alute inducta pones medicamentūqꝫ me
the qꝺ facit post impetū podagre. ℭ Item ad ꝯfir
mādos pedes. ℞.picis spane pōd.j.⁊ semis spume
argenti.ʒ.j.⁊ semis therebynthine octo seui taurini
octo thuris octo cere.iiij.galbāi.j.⁊ semis ⁊ deñ.vj.
yu.ʒ.j.⁊ deñ.vj.opoponacis.ʒ.j.⁊ deñ.vj.olei rosa
ti.ʒ.iiij.olei veteris.x.vini veteris quātū suff.c.Fcm̄
medicamentū triduo in vino sit ⁊ postea malaxabis
cū oleo rosato ⁊ inductū lintheo pedibus appones
donec tumor q ex dolore restitit auferat̄. ℭ Itē an
tidotū podagricū. ℞.gētiane cretice.ʒ.ij.aristoloi
ce longe duas.⁊ rotūde tres.myrre troclitis q̄ttuor.
bacchaꝝ lauri purgataꝝ octo.reupōtici primi vnam
spice nardi deñ.vj.q̄ oīa simul tūdes ⁊ cribrabis: ac
cipit̄ autem mensibus continuis deñ.ij.in aqua ca
lida. Alijs vero in mēsibus die intermisso deñ.singu
lis ⁊ semis.alijs aūt duobus biduo intermisso sicqꝫ
facies donec cōpleant̄ petitiōes.cccclxv.cetero tp̄e
p̱ singulos mēses semel accipiat̄: estimabisqꝫ aquaꝫ

Lentigle articule

calidam quantum ē vini in calice minore. His autē
abstinēdū ē rebus pp antidoti huius virtutē.a por
cina: bubula: veruecina: caprina.pedibus oīum ani
malium: pipere: liquamine salso: oleo: menta: fascio
lis alexādrinis cicere alexandrino: cedro: rafano: fa
ba: rapis: porro: caulibus: cepis: cōdito p̄ter pullino
sine pipere ⁊ liquamine: sine adipe porcino: vinum
modicum bibat.nigrū vero acinaticū carenū ne bi
bat.mulierem ante oīa ne ꝯtingat: sed ⁊ si somniaue
rit tale aliqꝺ.lauet̄ ⁊ accipiat potionē habeat̄ auteꝫ
cū omni munditia vel ab eunucho in vestibulo hor
ti vel a puella seruatum. Sane si fortis fuerit acci
piēs vt citius curetur dꝫ vnius anni laborem. Hec
autē maxime in cibo accipienda sunt: pultes: fungi:
arbutus: seu eporeos: liquamine quoqꝫ fungoꝝ vta
tur. ℭ Itē conditum podagricum. ℞.costi.ʒ.tres
folij.j.⁊ deñ.sex spice nardi vncias tres.gingiberis.
j.⁊ semis gētiane.ij.⁊ deñ.sex aristoloice longe deñ.
sex ⁊ rotunde tres.seminis asparagi.ʒ.ij.⁊ deñ. sex
pione vncias tres baccharum lauri.ʒ.vj.⁊ deñ.sex.
mellis attici libr.v.⁊ semis.vini veteris sexta.octo.
ℭ Item emplastrum podagricon quod dicitur an
gelus. ℞.galbani vnciam vnam cere tres pice tres.
butyri pōdera duo colophōie.ij.saponis.ij. ℭ Iteꝫ
ad podagram. ℞.tapsie sicule lib.vnā gutte amonia
ci vncias octo resine pituine lib.vnam cere vnā olei
veteris vnam euforbij scrypulum. Tapsiam vero ⁊
guttam ante trita in vino veteri infundes: tertia die
teres diutissime resinam autem ⁊ ceram ⁊ oleum in
ollam nouam mittes vti soluantur: ⁊ cum soluta fue
rint mittes in mortarium vbi tapsia ⁊ gutta ⁊ sic oīa
commiscebis: ⁊ quoniam papula facit hoc ceroto
vteris. ℭ Item testudinis decollate sanguine pe
des fricantur. ℭ Itemqꝫ ranas ad tertias in oleo in
olla rudi q̄diu in modū ceroti fiant: ⁊ exinde pedes
vnges. ℭ Asinū aūt duabus ebdomadis furfure: ci
babis abūdāter ⁊ occides ⁊ mox vētreꝫ eius apies
⁊ pedes qui dolēt in vētrem eius mittes: ꝙ si in pri
cipio doloris hoc feceris sani erunt. Hūc aūt vētrē
sacho molli inuolutum in sportam pones ne refrige
scat. ℭ Itē ad podagrā frigidā que fuerit ac vetu
stissima. ℞.costi vnciā.j.folij vnā.gingiberis vnam.
sulphuris vnā.piperis albi vnā.iusquiami deñ.iiij.
picis dure semiunc. picis liquide portionem. que
vero sicca sunt tundes ⁊ cribrabis. Cumqꝫ pix vtra
qꝫ bullierit addes que tunsa sunt ⁊ miscebis diligē
ter. Postquam vero coxeris super marmor asper
ges aquam ⁊ sic effundes medicamentum qꝺ cū se
refrigerauerit: repones in alio vase ⁊ cum opus fue
rit induces alute ⁊ sic impones. ℭ Item antidotum
podagricum. ℞.cametrie vncias.ix.cētaurie ⁊ epi
carpi octo.aristolocie longe septem.gentiane pōtice
sex.hyperici quinqꝫ.petrosilini quattuor.fu.pontici
tres.albi asari.ij.meu adamantici vnā.mellis attici
sexta.vnū. ℭ Itē vnctio podagricis. ℞.anserini adi
pis.ʒ.quattuor cere sex therebynthine quattuor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

succi lini seminis.x.colosonie.iiij. lactis bubuli.vj.
amoniaci.ij.lybani.ij.butyri.vj. vitellos ouoꝝ.viij.
factaqꝫ vnctione leniter vnges.¶ Ité emplastrū po
dagricuꝫ.℞.pulueris rose.℥.vj.corticis granati.vj.
misei.iij.calchāti.v.lythargiri.ij. cyperi.iiij.piperis
iiij.cere.iij.cocleaꝝ vstarū.iij.galle.iiij.porri lib.j.⁊
℥.iij.panis autopiri lib.j.diacilō.iij.succi lapatij sex
ta.j.olei veteris.j.⁊ semis.vini veteris silr̄.aceti he-
minā.j.Cōficiatur aūt sic.Prius mittes succū lapa
tij.oleū:porrū:lythargirū:cortices granati:⁊ moue-
bis in foco ꝙ̄diu bene discoquantur.postea mittes
dyacilō cum cera ⁊ miscebis ꝙ̄diu vnū corpus ef-
ficiatur ⁊ sic mittes ꝑ ptes dū coquit̄ ⁊ leuabis de
foco.¶ Ité emplastrū podagricuꝫ.℞.pecule lib.j.
cere.j.olosanti.℥.iij.galbani.ij.olei veteris.iiij.colo
sonie.iiij.¶ Ité epixis manethonos.℞.cere .℥.vj.
colosonie.iiij.⁊ semis.adipis anserini.iiij. butyri.x.
olei veteris.xiiij.succi lini semīs.iij.lactis bubuli.xij
⁊ semis.thuris.ij.amoniaci.iiij.ouoꝝ vitellos octo.
¶ Item pixis.℞.amōiaci.℥.ij.lybani.ij.terij.ij.suc
ci lini semīs.v.colosonie.ij.lactis bubuli.v.adipis
anserini.iij.olei veteris.v.butyri.v.cere.iij.galbani
ij.oua.v.¶ Item antidotū podagricum.℞.reupō
tici.℥.ij.⁊ deñ.xiiij.aristolocie longe.℥.j.⁊ deñ.xx.
spice nardi deñ.xij.gētiane.℥.ij.⁊ deñ.xiiij.myrre
troclitis.℥.ij.⁊ deñ.xviij.bettonice.℥.ij.⁊ deñ.xviij.
camitrie.℥.ij.costi deñ.x.baccharum lauri siccarum
℥.ij.folij denarios.x.que omnia tundes ⁊ cribrabis
⁊ in vase vitreo recondes ⁊ accipiat qui patitur per
totum annum diebus exceptis quando sunt cyno-
caumata.Potiones vero quas nō accepit primo an
no:sequēti āno accipiat.Mēsura potionis est deñ.
iij.Oportet vero accipiētem abstinere a venere.La
uacro vero vtatur in.v.dies.sumat vinū nigrū sti-
pticū ⁊ dulce ⁊ holera.A cepis v̇o cucurbitis apio-
qꝫ abstineat ⁊ piscib⁹ de stagno ac fluuialib⁹.Absti-
neat quoqꝫ ab āserib⁹ ⁊ anate ⁊ ab oībus carnib⁹ pi-
guib⁹ a carnib⁹ ēt bubulis ⁊ verueçinis ab oī gene-
re legumīs.¶ Ité ātidotū podagricū exptū.℞.reu
pōtici.℥.ij.⁊ deñ.xx.aristolocie longe vnā ⁊ deñ.xx.
gentiane.ij.⁊ deñ.xiiij.myrre troclitis duas ⁊ deñ.
xviij.bettonice cretice.℥.j.⁊ deñ.octo.Cametrie.℥.
ij.⁊ deñ.xviij.folij semiunc̄.bacchaꝝ lauri siccaꝝ ⁊
purgatarū.℥.ij.puleij cretici vnam.peucedani mō-
tani semiunc̄.que omnia simul teres ⁊ cribrabis ⁊
dabis per singulos dies denarios.ij.cum aqua ca-
lida a kaleñ.septēbris vsqꝫ ad kaleñ.maias.¶ Iteꝫ
muscus qui in aqua nascitur tritus ⁊ impositus ꝓ-
dest.¶ Farina ité frumenti cocta ex aceto imponi-
tur:vtiliter quoqꝫ dolor pungitur: in quo decocta
sunt ranarū intestina.¶ Itemqꝫ rane rupete cinere
cum adipe veteri.¶ In palustrib⁹ lens nascitur in
aqua nō ꝓfluēte refrigeratoria sine cōparatiōe:hec
īponit̄ vel ꝑ se trita vel cū polēta.¶ Adipe itidē vi
perino sanguīe quoqꝫ milui pedes pungūt̄.¶ Cui
sci item radices coctas cū axungia miscebis ⁊ cata-
plasma pedib⁹ īpones.¶ Ité vrtica trita cum colū
baꝝ sanguīe apponit̄.¶ Adipe quoqꝫ vitulini ma-
rini pedes pungunt̄.cui⁹ ⁊ pellib⁹ calciari cōuenit.
¶ Rane ité aquatice discerpete subinde recentes
īponunt̄.¶ Lenit ⁊ plātago cū axūgia.¶ Item li
mus aquatic⁹ cū oleo subact⁹ mire ꝓdest.¶ Vrsi
no ité adipe seuo taurino cū cere pari pōdere deco
ctis vtunt̄.¶ Bubulū ēt fimū cū aceti fece magni
ficāt fimi silr̄ caprini cinis cum axūgia veteri ꝓdest.
Cū vero plura malaginata adhibeāt hi q hoc malo
laborant:put illa apud vnūquēqꝫ cōmēdat mōstrā-
tis auctas ponā cōpositionē de qua nemo q vsus ē.
q̄stus est.℞.picis brutie.℥.vj.⁊ scrypulos septē ce-
re pontice silr̄ resine frixe silr̄.galbani scrypulos.xj.
amoniaci semi.q̄ oīa in cacabo nouo cōpones ⁊ co-
ques ad vnū feruorē bonū:ī mortario aūt teres hec
Euforbij.℥.j.styptirie scystos.j.thuris pollinis.ix.
opoponacis.ix.fellis taurini.viij.salis amoniaci.vj.
his suffundunt̄ aceti acerrimi cyathi tres:tū qđ ī ca
cabo coctū est:mortario īponit̄ ⁊ pistillo ꝑmiscetur.
Cū vero eo vtēdū ē alute illinies ꝙ si indurūit mo
dice ad ignē calefactū manib⁹ ꝑfricabis ⁊ sic molle-
scet.hoc medicamētū nō coinqnat vires in vsu nō
ꝑdit appositū reseruari pōt. Sunt ⁊ q potōe poda-
gra sint liberati.Cuius cōpositionē subijciā:⁊ quē-
admodū ea sit vtēdū pandā.℞.cametrie lib.j.cen-
taurie.℥.iij.aristolocie rotūde.iij.stechades.iij.aga
rici.iiij.cyperi semīs quadrātē.aloe.℥.iiij.⁊ hec pō
dera singulaꝝ spērū expēdi opꝫ ⁊ trita cribrataqꝫ ꝑ
misceri ex mellis attici lib.vj.⁊ in vitreo vase recon
di.Vsus aūt huius potiōis talis esse dꝫ vt sumat̄ a
ieiunis q bene cōcoxerint ⁊ ꝑ numerū dierum anni
adiecto vno die si dies continuari nō potuerint ꝑꝑ
cruditateꝫ aut languorē aliquāqꝫ causaꝫ:quotquot
intermissi fuerint totidē restituantur.Potionis ve
ro mensura erit vt deñ.argentei bibatur pond.ex
tribus cyathis aque semel in die.

¶ Ad neruos articulos ⁊ attridicos.CAP.XII.

Articuli ⁊ frigora ⁊ pruinas sustineāt ne
adurantur .malo terre contunso adiecta
axungia veteri perunguntur.¶ Item fi
mus caprinus in puluerem redactus ⁊
ex melle acetoqꝫ coct⁹ ⁊ ꝓ malaginate īpositus arti
culoꝝ dolores sanat.¶ Iteqꝫ vrsinū fel articulis in
fricatū dolorē sedat.¶ Vitulin⁹ quoqꝫ siue bubuli
fimus recens cū creta argētaria ex aceto coctus ⁊ ar
ticulis dolētib⁹ illinitus dolorē sedat.¶ Adeps itē
vulturis cū felle eius inungit̄.¶ Iecur etiaꝫ eius-
dē calefactū ⁊ tritū cū axūgia imponit̄.¶ Beta iti
dē ⁊ fic⁹ pari mēsura trita ⁊ imposita morbis articu
lorum medent̄.¶ Agrifoliū similiter tunsum addi
to sale ⁊ oleo prodest.¶ Idē seuū pecudis cuꝫ ci
nere capilloꝝ mullieris facit.¶ Neruorū vero no-
dis capitis viperini cinis cum oleo cyprino īponit̄.
¶ Terreni itē vermes triti cū melle imponūt̄.sty-
rax quoqꝫ illinit̄.fimus quoqꝫ caprinus decoctus ī
aceto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

aceto tritus cum melle apponitur. ¶ Item tremulis inutile est mãducare holera ⁊ panē ex aq̃ ad balneũ quoqꝫ vngi opꝫ oleo qđ in castoreo additũ est. ¶ Itēqꝫ articuloꝝ fracturis cinis ex femorib⁹ pecudis cũ cera medetur. ¶ Articuloꝝ nihilominus dolori fimus caprinus ex melle seu passo potui datus ꝓdest ⁊ supuratis neruis medetur expurgatqꝫ ⁊ ad sanitatem ꝑducit. ¶ Itē potio ad morbũ articuloꝝ. ℞. lugibonis radices nũero. xv. plãtaginē rotũdam cũ radicibus ac folijs parte dimidia. rodonabis radicis quãtũ plantaginis est. herbe balsamarie folia ꝓpensius ardisse minoris ꝙ plãtagis verbene silr: quas oēs herbas simul teres addens mellis pōdera tria piperis semi. ⁊ temperabis ī vini sexta. vj. prius tñ ꝙ piper mittas lintheo colabis ⁊ addes piper singulasqꝫ potiones in balneo dabis. ¶ Itē potio ad attridicos. ℞. thymi deñ. vj. quos in aq̃. ʒ. tribus teres ⁊ grana piperis. viij. ⁊ dabis hoc p̃ria die bibere. secunda thymi deñ. iiij. piperis grana. v. in aq̃ suprascripta: liquamine vero abstineat ⁊ porcina qñ bibit. ¶ Itē ad attrisin ⁊ ad sciam. Herbã agrimoniã teres ⁊ cribrabis accipiesqꝫ coclear plenum ⁊ mittes in vinũ vetus potionē ⁊ tepefactũ in solio bibes ita vt ibi moram facias. ¶ Itē vnctio ad attridicos. ℞. euisci pondera duo castorij. ʒ. iij. panacis pond. duo. herbe donteze duo. que infundes ī vini veteris sexta. xij. ⁊ coques donec herbe bene cocte intumescent ⁊ teres quousqꝫ vinũ misceatur. postea iterũ sicca adijcies herbe sauine pōdera tria. rose sicce lib. j. adarce. ʒ. ij. eufoꝛbij. ij. cymini sex piperis. ij. trita prius ⁊ cribrata. ¶ Itē alia. ℞. isopi ollaris. ʒ. vj. terij. vj. seui taurini. vj. medulle ceruie. vj. olei rutacij pond. tria. q̃ sic ꝯficies. mittes rutam adipē ⁊ pulueres suprascriptos ⁊ oĩa diligenter admiscebis: q vero vngēdus est post balneũ calente corpore vtat: ⁊ eũ diligētia sibi attēdat ꝑ triduum: ⁊ sic hēat illam vnctionē. post hec lauet ⁊ eadē faciat similiter. ¶ Itē ad articuloꝛuꝫ. vel nodoꝛũ doloꝛem. Marrubiũ viride cũ sale teres succoqꝫ ex eo facto loca dolētia fricabis. ¶ Itē ad hec ⁊ ad eos q̄bus nerui expauescũt. Eufoꝛbij. ʒ. iij. ⁊ semis galbani similiter castoꝛij silr panacis silr. medulle ceruine. v. therebynthine. vj. resine frixe. j. ⁊ semis. resine pituine silr sulphuris viui. vj. betonice. iiij. cetrie. iiij. cere lib. j. ⁊ semis nardi. ij. olei cyfarij lib. v. ¶ Item amphisbena moꝛtua neruoꝛũ doloꝛibus alligatur. ¶ Senectus quoqꝫ serpētium in corio taurino appendit. ¶ Folia item vitium trita ⁊ admixta oꝛdeacee farie articularibus moꝛbis imponunt. ¶ Incisos vero articulos aranei tela cōmodissime curat.

¶ Ad syderatos. CAP. XIII.

ASinini pulli vrinã ⁊ asine matricis vngulasqꝫ posterioꝛes in cinerē redactas ⁊ axungiã eius admixto nardo coq̃s vt sit q̃si cerotũ: ex q̃ coꝛꝑe puncto liberabitur vt mireris: qđ ⁊ ad podagrã facit. Syderatis v̊o remediũ q̄bus manus: pedes ⁊ faciē euertit facies cōtinuo. ℞. herbe artemesie folia: mētã: bdelliũ: opoponace: oleũ ciprinũ: q̃ oĩa miscebis ⁊ coq̃s ⁊ vnges ꝑ dies. iiij. q ad se nō fuerit reuersus: dimittas: sciēs eũ ita ira dei eē ꝑcussuꝫ. Ad sideratos fel taurinũ ⁊ sulphur viuum coques ⁊ ex eo ꝑunges mirificum remedium est.

¶ Libri tertij. De medella febriũ quarũdaꝫ: Apatũ: solutiōis ꝯtinui: ⁊ moꝛsu venenatoꝝ aĩaliuꝫ. Tractatus primus. De febribus.

¶ Ad febres calidas intercidēdas. CAP. I.



Medulla ceruĩa adipe ãseris adipe poꝛcino recenti ⁊ exiguo cere ꝑunges sero: ac statĩ de succo lini semis. ¶ Itēqꝫ asine lac tepiduꝫ facit. ¶ Cotonia itē matura ⁊ rosaꝫ siccã ⁊ papaueris capita sicca in olla rudi cũ aq̃ decoq̃s ⁊ ex hoc dabis bibē. ¶ Itē poꝛtiagla ⁊ apiũ tũsuꝫ cum axũgia colata ⁊ oleo rosato ⁊ lactuce folijs ⁊ rasura cucurbitaruꝫ ⁊ ouis crudis permixtũ ⁊ in modũ ceroti pectoꝛi impositum ardoꝛes ac subitos doloꝛes emitritei ⁊ febres emēdat. ¶ Item ad ardoꝛem stomachi febriētis. Rosaceũ in aquã calidã mittes ⁊ agitabis in carbonibus quo platulã lineaꝫ infundes ⁊ stōacho suppones. ¶ Itē mellis lib. j. adipis poꝛcini recētis colati. j. olei rosati. j. cere. j. argēti spume. ʒ. ij. teres aũt spumã ⁊ simul decoques: deinde croci triti mittes. ʒ. ij. ⁊ teres in lintheolo inductũ suꝑ stomachuꝫ. impones. ¶ Item ad hec ambroꝛsia. ℞. olei rosati lib. j. ⁊ semis cere. j. ⁊ semis. croci. ʒ. ij. succi rasure cucurbite ꝗtũ sufficit medulle ceruine. ʒ. iiij. feruacies aũt cerã ⁊ medullã cuꝫ oleo tepefacto cerotario: addes succũ ꝑ ꝑtes ⁊ teres diligēter: postea addes crocũ ⁊ diutissime teres: ꝑmiscebis ⁊ facies pastillos seruabisqꝫ ⁊ cũ opus fuerit teres cuꝫ ouoꝝ vitello. Cũqꝫ vnũ coꝛpus fuerit lintheũ illinitũ impones super stomachũ. ¶ Itē ad ardoꝛē stomachi in febrib⁹ q̃ nō declinãt. Ex lini seminis farina cũ albo oui facies cataplasma ⁊ frigida super stomachũ pones. ¶ Lactucas autē ī calida coques ⁊ teres cũ albo oui ⁊ stō suppōes. ¶ Itēqꝫ rasure cucurbite ⁊ vue acerbe cũ albo oui īponunt. ¶ Rasura itidē cucurbite ⁊ crocũ equale cũ albo oui imponit. ¶ Itē ꝯfectio ambroꝛsie. Cere lib. j. olei rosati. ʒ. vj. olei camomille. vj. axũgie recētis lib. j. croci. ʒ. j. litargirij. j. meliloti. j. ⁊ semis. ¶ Itē iniectio ad febres calidas. Succus lini seminis cũ oleo rosato seu cãomille bñ faciet. Si v̊o nimiũ febris estuauerit. Plãtagĩs folia viridis ⁊ caules simul tũdes succoqꝫ eoꝝ coꝛp⁹ ꝑunges. ¶ Item ad ardētissimã febrē. Herbã que dicit Jouis barba cōteres ac succũ eius exprimes ⁊ miscebis cũ cinere aquatice lane ⁊ addito oleo rosato ꝑunges tũc egrũ cooperies

al' poꝛtulaca.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

inde somnus irruet ⁊ ardor cōpescetur. ¶ Itē ad
febres anxungiā leoninā manu subiges ⁊ totū cor
pus punges. ¶ Ruta itē cum oleo subacta totū cor
pus punges. ¶ Itemq lilij radices .iij. aut .v. croci
deñ. v. macerabis in aque quartario .j. ⁊ ouor .iij. vi
tellos teres bene ⁊ adijcies olei rosati quātū suffi-
ciat ⁊ ide totū corpus punges ꝓter manus ⁊ pedes.
¶ Item vt febrem tollas. Nucleos tritos ex aqua
calida dabis bibere. ¶ Itemq vt febres foris eij-
cias. Siliginē in aqua recentē macerabis ⁊ teres in
mortario cum tribus ouis duris ⁊ pāno īducto ad
stomachum ligabis. Si quis vero febres patit ⁊ fa
tigatur aut angustias patit daptylos ꝗplurimos ⁊
adipē aut recētē aut vetustū in recēti aqua macera-
bis donec exallescat. deinde ī mortario teres vt vnū
corpus fiat ⁊ pāno induces quasi cataplasma ⁊ sto-
macho impones nocte: sed prius daptylos tritos in
careno aut sapa macerabis. ¶ Itē vt febrem tollas
⁊ vt ex infirmitate pallidū ad bonū colorē ꝑducas
ciuaria ⁊ lupinos dulces ieiuno in cibum dabis.
¶ Succum itē calamēti ⁊ oleum rosatū equis pon
deribus ꝯmiscebis ⁊ sic punges. ¶ Itemq herbā
que vocatur canis lingua mense Junio tūdes ⁊ vuā
exprimes succoq eius egrum ꝑfundes.

¶ Ad hemytriteum. CAP. II.

RAnulas paruas virides capies ⁊ aper-
to vētre viuar harūdine intestina aufe-
res ac ꝓijcies. illas vero mittes in sta-
gnatū nouū ⁊ frigis: qbus sublatis mit
tes in oleū cerā ⁊ facies cerotū molle ⁊ ab auribus
vsq ad pedis vngulas triduo punges: ⁊ non lauet:
sanus erit q vulnera exeunt ꝑ corpus a qbus cito li
berabitur. ¶ Itē potio ad emytritheū siue ad leui
scos. Croci deñ. ij. nardi. ij. absentij pōtici. ij. enule
iij. que oīa cribrabis ⁊ cū opus fu erit: dabis coclear
dim. in aqua calida. ¶ Itē potio. ℞. costi deñ. dimi
diū. folij deñ. j. ⁊ semis. spice nardi. ij. croci. iij. sem
peruiue cauliculū. j. aut certe ꝓut videris magnitu-
dinē cauliculi dabis cū aq̄ calida. ¶ Itē herbā ca-
momillā cū rosa sicca coq̄s ⁊ ipsā aquā cū colaue-
ris mittes camomillinū oleū ⁊ farinā lini semis co-
ques ⁊ vteris tepido: sed alij tātū ꝺ farina ordei ⁊ li
ni semis ⁊ oleo camomillio faciūt. Alij daptylos ca
momillā ⁊ melilotū aq̄ īfūdūt ⁊ coquūt ī quā mittes
farinā lini semis ⁊ ordei coq̄sq ⁊ ita cataplasmabis
s eū q magnis laborat febribꝰ. ¶ Itē trociscus ad
hec ⁊ ad febricitātes vt ñ sentiāt. ad ardorē stomachi
ad febres ⁊ ad solis ardorē nimiū. ℞. succi glycirize.
ʒ. vj. semis cucūeris hortēsis. iiij. dragāti. ij. q̄ teres si
gillati ⁊ ꝑmiscebis cū albo ouor ⁊ facies cataputias.

¶ Ad febres periodicas. CAP. III

VTile est vngere cū oleo ⁊ sale. ¶ Can-
cros itē fluuiales teres in oleo ex aqua
hinc ante accessionem. ij. cere vnc. vj.
succi lini seminis sex. rodini. lib. vnam
⁊ semis. ¶ Item lyxoperita ambrosia valde optīa.
℞. litargirij lib. j. rodini. j. mellis. j. s prius facies ce
rotū. postea mittes lithargyr ⁊ feruefacies vt supra
fortius leuabisq de foco ⁊ cū spata agitabis donec
refrigescat. ¶ Itē delphini iecur añ accessionē gu-
stādū dat. ¶ Itēq ī aselli picis capite lapilli q ple-
na luna iuenti sunt alligant. ¶ Oculus itē lupi de
xter salsus alligat añ meridiē quoq dant hemie. iij.
potui ī qbꝰ addite sunt gutte. iij. sanguinis ex vena
asini quā ī auricula h recidiuas aūt febres ꝓhibet
lacerta viridis viua alligata ī vascello qꝺ eā capiat.

¶ Ad quotidianas. CAP. IIII.

DAbis bibere mentā tritā ex aq̄ cyathis
ij. statiq sanguis e naribꝰ exit. ¶ Itē
costū tritū ⁊ admixtū oleo añ accessio-
nē punctos a febribꝰ liberat. ¶ Beta
itē agrestis cū oleo rosato totū corpus perunges.
¶ Itēq rute succū cū vino bibat q pōt: q vehemē
tissimꝰ ē. ¶ Itē ad horrores Betonice deñ. vj. aq̄
calide cyathos duos ex vino austero sub accessiōe
dabis bibere ⁊ sudabit.

¶ Ad tertianas. CAP. V.

SVb accessione pauca grana apij semis cū
aq̄ calida bibat. ¶ Itēq succū trifolij ho
ra pria dabis bibēdū ei, q patit. ¶ Folia
item de ꝑsico ⁊ modicum lasari teres ⁊ da
bis potionē Rursumq ante accessionē tria ḡna co-
riādri deuoret. ¶ Melicratū item frigidum bibat.
¶ Itē añ solis ortū spōgie aphricane cinis ex oleo
vel aceto fronti illinit. ¶ Itēq cācri fluuialis ocu
li cruri alligant: ⁊ ipse cācer in aq̄ remittit. ¶ Pu-
lei silr ramus ī lana iuolutus ante accessionē olfaciē
dus dat aut strato subdit. ¶ Vrtice itē autūnalis
radix alligat. Is vero qui eā effodiet d noīare eū
cui medet: ⁊ qbus parentibꝰ natus sit. ¶ Itē her-
ba q̄ in fluminibꝰ aut riuis nascit alligata in leuo bra
chio qd sit nesciēti: tertianas discutit. Legi aūt d añ
solis ortū sicut eā q colligit nemo videat. ¶ Itēq
aranei tres cuilib emplo in fricant. ⁊ idē emplm vt
libet ī aluta tanꝗ anacolima īponit. Ante accessionē
quoq aque frigide. x. ℥. bibuntur.

¶ Ad quartanas. CAP. VI.

VIni optimi spateni vel peciniū vel pu-
to adriāi aphri ve seu burdi gallici pō
de. ix. pēsabis. hinc quotidie in maiori
calice potionem dabis vñi calefacti ie
iuno donec totum bibat ⁊ sanus erit. ¶ Item pa
rum croci quantum tribus digitis leuatur teres ⁊
ex aqua calida dabis sub hora accessionis iam su-
specta. Communiter autem ad omnes typos fa-
cies pannum talem. ℞. anxungie libram vnam picis
vnam absentij tenelli vnam primumq teres absen-
tiū ⁊ dehinc picem. postea simul oīa in pila tūdes in
modum ceroti ⁊ panno illinita per totum pectus ⁊
stomachum ac vētrem pones habēdum iugiter. v.
diebus ac noctibus. ¶ Item cataplasma ad quar-
tanas. ℞. farie bacchar lauri sexta. j. fenugreci. j. fari
ne lupi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

ne lupi .j. sape heminā .j. carycas nūero .xxx. oleū laurinū ad vngēdū stomachū habebis prius vero sacello de sursurc ꝑ ꝙ̄ triduum souebis ⁊ sic cataplasmabis. ¶ Itē apocus thermanticus ad quartanas. ℞. therebyntie. ℥. vj. cere similiter medulle ceruine silr gutte amoniaci silr galbani silr aphronitri silr isopi ℥. j. piperis. j. myrre. j. vini cyathos. ij. mellis attici ij. olei veteris. ℥. lxx. hyrini sexta. j. soluta vero resolues i olla ⁊ sic mittes sicca trita ⁊ cribrata: ⁊ sic oib⁹ ꝑmixtis vteris. ¶ Itē ad quartanas exꝑtum. ℞. castorij. vj. panacis regij. vj. opij. vj. iusquiami. ij. mellis quantū sufficit dabis ante horā dimidiā accessionis ad magnitudinē fabe egyptiace cū vino mixtuz. ¶ Itē caputclaui quo aliqs in crucez fixus est alligat pāno. ¶ Fimi itē bubuli cinis spargit. ¶ Itē qꝫ vrina pueri illiniuntur primi digiti i manibus ⁊ pedibus. ¶ Leporis itidē cor alligat coagulū quoqꝫ eius bibit ante accessionem. ¶ Leonis quoqꝫ i cibo dat. ¶ Vipere ēt caput abscisum in lintheolo alligat. ¶ Muri silr viuo rostellū ꝑmū ⁊ auricule sūme ꝑcidunt ⁊ in roseo pāno alligant: ⁊ ipse mus viuus dimittit. ¶ Rane nihilominus in triuio decoquunt cū oleo carnibusqꝫ earuz proiectis ⁊ oleo vtunt ad vnctionē. ¶ Allij elixi caput. j. cuz lasare trituz obulo in vino austero bibit. ¶ Hyrundinis item fimi. ℥. j. trita ex lactis caprini aut ouili aut passi cyathis tribus ante accessionē ꝑpiat. ¶ Rubete quoqꝫ rane cor vel iecur alligat in panno leucopo. ¶ Itēqꝫ semen aneti tribus digitis cōprehensum ⁊ feniculi tantundē ex aceti mulsi cyatho vno potui datur. ¶ Panem itidē ⁊ salē in lintheo de lyco liget ⁊ circa arborem licio alliciet ⁊ iuret per ter panē ⁊ salem: Crastino mihi hospites venturi sunt suscipite illos. hoc ter dicat.

¶ Tractatus secūdus. De apātibus ⁊ so. conti.

¶ Ad parotides. CAP. I.

Raro medici parotidū curationē nō deuocant a scapello cū reprimi possint: ⁊ si res exigat adaperiri molliori ratione. Reprimit eas radicū brassice cinis cuz melle illitus. ¶ Itēqꝫ lupini ex aceto decocti ⁊ triti discutiunt vitiū. ⁊ item cinis cum creta cymolia ⁊ resina pari pondere exiccat. ¶ Item apponit muricum testaꝝ cinis cū melle vel conchilioꝝ ex mulsa. ¶ Itēqꝫ sepie ossa cū anxungia vetere ꝯtunsa: ⁊ itē ficcus sicca ⁊ vino cocta ⁊ trita adiuuat. Itēqꝫ comprimit eas fimus colūbinus cuz farina hordeacea ⁊ melle. ¶ Multipeda itē cū resina tertia parte illinitur. ¶ Creta quoqꝫ tymolia exiccat ⁊ fimus capre cū anxūgia illinitus. ¶ Itē menta viridis cū polenta trita ⁊ imposita collectiones parotidū soluit: ⁊ mamaꝝ vsturas placat. ¶ Itē ad oē genus collectōis parotidū. Lini semis farina cuz melle ⁊ oleo cocta adijcies nitri puluerē ⁊ ligni caprifici cinerē equalibus portiōib⁹. qđ cū agitatū ē in cataplasma īponis ⁊ sanat. ¶ Itē plātagh cū anxūgia vetere ꝑsanat. ⁊ vrsinus adeps cū seuo taurino ⁊ cera pari pondere similibus. ¶ Itē: cere. ℥. vj. butyri. iiij. anxūgie. iiij. cyprini. iiij. bulboꝝ. iiij. Anxūriā vero ⁊ bulbos simul tūdes in pila ⁊ cū cera simul liquefacies ⁊ anxūgia ꝑmisces cepis. qđ colatū seruabis in vase fictili ⁊ vteris. ¶ Itē parotidis ⁊ strumis floris calcis deñ. iij. allij ḡna. ij. cū anxūgia vetere īponis. ¶ Itē qꝫ strumas. Coriandrū ⁊ faba cocta ⁊ īposita discutit. ¶ Itē radix gladiole cocta ⁊ trita cū sale ⁊ īposita ⁊ itē cucumeris siluatici radix decocta ⁊ cuz aq̄ mulsa trita ⁊ imposita ꝑdest. Mense aūt martio ⁊ Aprili colligēda est. ¶ Iē vt strumā oib⁹ radicib⁹ extractis ad sanitatē certissimā ꝑduces. Galbanum super īpositū strume humorē facile discutit. ¶ Itē qꝫ felle bubulo sup strumas imposito: tanta potētia discutit vt nihil supra sit. ¶ Item noctue cerebruz vel iecur cum oleo tepidū infundit auricule parotide. ¶ Itemqꝫ caput vipere in lintheolo inuolutuz ⁊ faucibus alligatum sanat.

¶ Ad mamille nucleos ⁊ cancrum. CAP. II.

Daptilū purgatum ablata interiori albugine teres cū cibulla germana ⁊ coriādro viridi apponesqꝫ ⁊ sanabit: si tamē initio est. ¶ Itē ad cācrum mām̄ille. Herbe que dicit cucubus folia ⁊ de tyrsu eius qcquid viride fuerit partem vnā ⁊ herbe q̄ dicitur pastellus partes duas tundes cum sūma diligētia deinde infusas micas panis recenter expressas cū herbis teres ⁊ facies quasi cerotum: ⁊ pones ī mām̄illam mane ⁊ sero frigidū ⁊ curabis cancruz qualiter vis. Herba autem pastillū ab vna radice ascendit ⁊ super. xiiij. vel amplius dispergitur super terram. ¶ Item ad dolorem mamille. Medullaz que sub cortice pini viridis est: siccabis ⁊ teres ⁊ cribrabis. ⁊ ex eo puluere coclear plenum dabis cum vino calido ieiuno ita vt i ipsa parte iaceat. ¶ Item ad dolorem mamillaꝝ q fit ex plenitudine lactis post partum. Cerusa cum oleo roseo bene trita ⁊ illinita statim dolorem sedat. ¶ Itē ad mamillaruz dolorem quem pregnantes aut post partuz patiuntur. Quorum putamina bene trita ⁊ ouorū coctoruz vitellos tres tritos admiscebis crocum etiam aliquantulum ⁊ rosacei ĉere pontice quod sufficit. factoqꝫ ex his ceroto lintheo impones: hoc ⁊ infantibus bene facit ad punctionem. ¶ Item cere libram vnam adipis leonini vnciam vnam adipis caprini. ij. medulle ceruine duas singulariter teres ⁊ simul miscebis: ⁊ exinde lintheolo molli induces ⁊ super mamillas pones vel infantes ⁊ ex eo perunges sicut supra precepimus. ¶ Item ad mamille duritiam vel dolorem compositio. ℞. adipis leonini libram vnaz adipis strutionis vnam adipis lupini vnam styracis vncias tres olei sauiniensis ponde. sex fontane sextarios duos herbe autem in oleo coquuntur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

donec aqua exiccetur deinde colantur cui oleo calenti admiscentur adipes suprascripti nouissime cera punica.i.aphra quātū sufficit ad cerotū. Oportet aūt in vitreo vase reponi. ¶ Itē herbe symphoniace foliorꝝ lib.j.colofonie.ii.anxūgie veteris sine sale.j.fermēti.℥.vj.accipies. ¶ Fermētū vero ī moria solues ⁊ miscebis. ¶ Resinaȝ itē ⁊ oleū solues cera addita ⁊ in doliolo vitreo repones ¶ Itē ad mulierū mamillas marmoratas. Herba paritaria cū anxūgia sine sale tunsa ⁊ īposita tertia die aperit.sicut a balneo vtat̄ tertia die claudit. Sic eniȝ Aurelia rustica curata est. ¶ Itē ad tumorē ⁊ dolorē mamillarꝝ. Styptiria herba viridis trita admixto pane in aceto infuso aut anxūgia īpositaqȝ sanabit. ¶ Itē ad mamillarꝝ dolorē. Marrubiū bene ꝯteres ⁊ cum anxungia veteri cōtunsuȝ ac īpositū ad tumorē mamillarꝝ ⁊ si fuerit vulnus purgat ⁊ curat. ¶ Itē ad tumorē mamillarū ⁊ ad febres presens remedium. Mellis.℥.ix. olei rosati.vj.cere.iiij. resolues colabis ⁊ teres quousqȝ albū efficit̄ ⁊ vteris. ¶ Ne vō mām̄e crescāt creta cymolia cū aceto cataplasmas.

¶ Ad costarꝝ fracturā. CAP.III.

Fimum caprinum ex vino veteri tritum costisqȝ fractis impositum aperit extrahit ⁊ sanat mirifice.

¶ Ad lychenam. CAP. IIII.

Greco nomine lychena appellat̄ qđ vulgus mentagrā vocat vitiū qđ ꝑ totā faciē solet serpere oculis tantū in manibus descendit vero in colla ⁊ pectus ac manus eosqȝ q sic vexant̄ osculari nō ꝯuenit:qm̄ cōtactus eorꝝ pnicio sus fore ꝓhibet̄ quos cōtharidis illiniūt cum succo vue aminee.⁊ seuo ouis vł capre. ¶ Itē muriū fimū illiniūt ex aceto. ¶ Cinerē itē herinatij ex oleo imponūt:sed in hac curatione prius faciem ex nitro ⁊ aceto foueri precipiūt. ¶ Illiniūt itideȝ ex adipe vituli marini. ¶ Itēqȝ delphini iecinoris cinerē ex aqua. ¶ Itē ficulnee caules in aceto cocti ⁊ triti illiniunt̄. ¶ Euisci itideȝ radix cum glutino lupino in aceto decocta ad quartas similiter adhibetur. ¶ Itēqȝ flos visci cum calce subactus laudatur. ¶ Titimalli quoqȝ flos cū resina decoctus adhibet̄. ¶ Lomentū etiā cuȝ thuris polline equis ponderibꝰ ex aqua adhibet̄ ⁊ illinit̄. ¶ Item trociscus lychenicon. ℞.gūmi scisti.℥.j. tinaperi.j.lybāi j.tytaneos lib.j.amoniaci.℥.j.litargyri.j.gumeos.ij. aceti quantū sufficit. ¶ Item ad lychenas. Lybani ʒ.x.tinaperi.x.bdellij.x.teres cū aceto. ¶ Itē cataputie ad lychenas experte. ℞.litargyri.℥.j. alcionei j.arsenici.j.aspalti.j.lybani.j. tinaperi.j. amoniaci.j. que omnia teres cū aceto ⁊ facies trociscos. ¶ Itē trociscus quo vtimur ad lychenas ⁊ ad excancimata hoc est ambusta ⁊ ad herpistigoden hoc est scabieȝ. ℞.psymitij.ʒ.viij.lithargyri.viij.calcis viue.ij.aceti ⁊ olei qđ sufficit. ¶ Item trociscꝰ lychenicon. ℞. cameleontis nigre.ʒ.iiij.piretri.ij.tinaperi.iiij. chrysocolle.iiij.aceti acri cotilas.ix. ¶ Itē trociscus. ℞. alcionei vstulati.ʒ.ij.cameleontis nigre.iiij.aspodeli radicis.iiij.tinaperi lybani piretri aphronitri ana.ij. tauro collis.iiij.aceti veteris quantū sufficit. ¶ Itē trociscus ad lycenas. ℞.yusyndcron.℥.iij.scordion purgati.j.⁊ semis cinaperi simił̄r gumeos.iiij.que i aceto acro teres in sole ⁊ facies trociscos.

¶ Ad elephantiasin. CAP. V.

Et hoc malū a capite īcipit mane primū surgit velut lenticula que celerrime ꝑ totū corpus surripiendo serpit maculis varijs:colore ⁊ īequali:cute.i.alijs crassa:alijs tenuis alijs dura locis quasi scabie aspa ad postremū nigrescente ⁊ ad ossa carnes apprimente extumescētibus manibus digitis pedibusqȝ. Quibus cinis mustelle ⁊ eius sanguis mixtus illinitur. ¶ Asparagi itē radix in aceto cocta ⁊ trita imponitur. ¶ Itēqȝ mentastri folia ꝯmasticata adhibent̄: cetria itidē illiniunt̄. ¶ Bulbi quoqȝ triti ī aceto ⁊ sulphure medent̄. ¶ Nitrū etiā ex melle ⁊ lacte bubulo trituȝ faciem purgat ⁊ erugat. ¶ Item sinegina ad elephātiacos. ℞.pumicis.ʒ.x. testarꝝ sepie.x. nitri.x.cimolie.x.gumes albi.v. cycidō omphation v.post hūc puluerē vteris ⁊ thure cū vino. ¶ Iteȝ trociscus heron optimus tollens hūores acerrimos idest lychenas. ℞.lybani.ʒ.viij.calchāti.viij.tinaperi.viij.calcideos similiter.acatie.iiij.myseicyrij.viij. gumeos.iiij.que cū aceto colliges ⁊ vteris.

¶ Ad corporis salubritatem. CAP. VI.

Beta siluatica sine semine cū aceto ⁊ vino cocta ⁊ suptensa mire salubritatē corporis prestat. ¶ Itēqȝ myrra cū vino trita sanitatē corporis viri mire seruat. ¶ Itē vt totū corpus hilare sit vini veteris feces cū oleo teres ⁊ pūges totū corpus in sole. ¶ Itē ne corpus male oleat vel putreat. Laterē antiquū ⁊ rosaȝ siccā tūdes primū ⁊ vteris in balneo. ¶ Ad seruandam iteȝ corporis sanitatem. Marrubij.℥.j.ex lacte ouillo calefacto bibat semel in mense.

¶ Ad vulnera. CAP. VII.

Si quis ceciderit aut vndecunqȝ vulnus habuerit siue vlcꝰ cyromū tolles argimonie partē.j.millefolij.ij.anxungie.j.cymarū rubi qui mora fert.j. tūdesqȝ oīa quasi cerotū quo illinito lintheo positoqȝ ad vulnꝰ sanat. Ut autem vulnus purges modicum mellis biduo pones sicqȝ curabis vulnꝰ vndecūqȝ fuerit. ¶ Itē ad vulnera siue vlcus cyromuȝ. Porcini fimi sicci ⁊ vsti cinerem rediges intus in vlcus cyromum ⁊ super impones medicamentum suprasriptum. Si vero quis aliunde cadens caput vel aliquod membrorꝝ ruperit aut ferro ꝑciderit.folia cardi nō de pomis mundabis ab spinis ⁊ omnem duritiem auferes.ipsam vero pinguedinem cum anxungia teres diligenter:⁊ vt cerotū impones:sed antea vel biduo aut triduo mel pones ⁊ đ medicamēto suprascripto.

¶ Si quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

¶ Si qs ictu pugnũ vl' manũ leserit. CAP. VIII.

Vicunqz ita ictu pugni manũ leserit vel humão dẽte aut ð digito vt aut sanguis ꝓfluat vel p tunsurã fecerit aut tumorẽ: lũbricos terrẽos teres addito modico aceto acro donec sit in modũ ceroti: ex quo lintheum illinitum pones ad locum: ꝙ si minor dolor fuerit alute impones ⁊ ligabis manum.

¶ Ad fracturam seu rupturã pellis. CAP. IX.

Saponem impones ⁊ fascia stringes. tertiaqz die solues ⁊ sanus erit.

¶ Ad vulnera. CAP. X.

Radices cauliũ cõbuste ⁊ in puluerẽ redacte ⁊ insperse omni vulneri ꝓsunt: ẽt ferro facto. ¶ Itẽ ad oĩa vulnera facta vl' nata. Cinerẽ cribrabis subrabis subtiliter ⁊ cõsperges oleo atqz ipones: sed si fistula fuerit facta collyria intramittes mũdat ⁊ sanat. ¶ Item ad vulnera cõfectio medicamẽti ⁊ cicatrices nõ pereãt. ℞. olei. ℥. j. elcismados. j. aque marine. vj. colofonie. j. picis. j. cere. iiij. que oĩa coques ⁊ sic vteris. Si paruũ vulnus est lintheũ illinitũ impones ⁊ colligit ꝙ si scissura est prius consue ⁊ sic impones. Si aũt adhuc suppuratũ est prius lomẽto calefacto locũ vulneris ⁊ ita emplastrũ ipones facit hoc: ⁊ ad siringiũ. purgat eniz ⁊ colligit. Si aũt euenerit vt nõ colligat: tũc modicũ viridis medicamẽti solues cuz oleo rosato vt facias aquatum ⁊ carpta linthea ibi infundes: ⁊ ꝺm mẽsuram vulneris impones: ⁊ itrinsec⁹ emplastrũ molle ꝙ si difficile põt colligi empl'. collige de medicamẽto viridi spissius ac suppone qð medicamẽtũ viride sic ꝯficit. ℞. cere. ℥. vj. colofonie. ix. yu. j. ⁊ semis. olei semiunc. mãne thuris. ℥. iij. aceti q̃ntum sufficit que oĩa cõmiscebis ⁊ vteris. ¶ Itẽ vulnera recẽtia cõglutinãt vermes terreni triti adeo vt ẽt neruos icisos solidẽt i die. vij. ¶ Itẽ qz arefacti in sole ⁊ ex aceto triti vulneribus imponunt: ⁊ interposito biduo soluunt. ¶ Coclee quoqz exẽpte ð suis testis ⁊ crude trite mirifice solidãt. ¶ Coclee itẽ cũ suis testis vste cũ myrre ⁊ thuris pari põdere ex aqua precisos neruos sanãt. ¶ Efficaces sunt ⁊ bulbi triti p se ad vulnera glutinanda. Adijciebat tamẽ illis Damon medicus muscũ qui aqua gignit ⁊ die. v. soluebat. ¶ Mirabolanus vt diximus genus est cariote qð os nõ habet hec ex vino trita austero vulnera curat ⁊ solidat. ¶ Itẽqz cupressi folia trita ad eundẽ effectuz ꝓsunt. ¶ Rubi itẽ siue platani vl' flos vel mora sine collectionis piculo sanant. ¶ Millefoliũ quoqz tritũ vulneribus imponit. ¶ Cẽtaurie itẽ radix tam efficax est plagas cõglutinãdas vt ẽt carnes coherescãt que cuz ea coquũtur. ¶ Lana etiam sucida infunditur melle ⁊ aceto frigido ⁊ oleo dinde expressa imponitur. ¶ Spongia simil'r celesti aqua imposita recẽtia septa nõ patitur intumescere. ¶ Caro nihilominus vituli recẽs arcet tumorẽ: ⁊ fimus bubulus cũ melle prestat. ¶ Itẽqz recẽtes plagas a ferro factas gluten taurinũ liquefactũ calidũqz ipositũ nec ante diẽ tertiũ solutũ efficacissime iuuat. ¶ Marrubiũ cũ sale exiguo tritũ purgat omnẽ saniẽ. ¶ Itẽ ad vuln⁹ siue ẽt cancer sit. Vrtice trite ponð. j. ac salis. ℥. ij. impones ⁊ frequẽter mũdabis. sanat ⁊ vulnus recens ne tumorẽ habeat neqz cicatricẽ: faciat. ¶ Trifoliũ ieiunus ꝯmãducet ⁊ vulneri supernectat. ¶ Itẽqz folia rubi trita cũ melle ꝑmixta. ¶ Arthemysia quoqz iposita vulnera eadẽ die claudit. ¶ Bulbus nihilominus recẽs tenuiter incisus ⁊ ad vulnus apposit⁹ ꝯcite claudit ⁊ vestigia cicatricis extirpat. ¶ Misiaz itẽ ꝯtunsaz ipones que nõ soluta triduo solidat cicatricẽ ⁊ cũ solueris sanũ vulnus inuenies. ¶ Itẽ xeron polyticon ad ꝯplenda vulnera aut si est vstuz. ℞. psimithij. ℥. viij. lyppidi. viij. mãne. iiij. ¶ Psaron ad complenda vulnera. ℞. cicidon. ℥. x. chalcãti. x. lyppidos. viij. scystos. vj.

Psimithij. i. ceruse plũbi.

¶ Ad sanguinẽ ex vulneribus sistẽdũ. CAP. XI.

Hysopũ cuz ordei farina siue cinere eius sparsum ꝓdest. ¶ Itẽqz fimus eqnus cũ ouoꝝ putaminib⁹ crematur. isqz cinis admixto melle spatonule plage impositus mire sistit. ¶ Cortex itidẽ vitis ⁊ folia eius arida tũsa in farinã sanguinẽ sistũt. ¶ Bubulus quoqz fimus in cinerẽ redactus ac sparsus sanguinẽ ꝓfluentẽ sistit. ¶ De fundo ẽt cacabi suligo trita imponit. ¶ Leporis itẽ pili desubt⁹ mẽto mollissimi iponunt. ¶ Itẽ ad eũ cui sanguis ex p̃ciso nõ põt retinere. Spõgiã albã nouã de mari mittes in cacabũ supra picis spane optime resolute ⁊ colate põd. ij. ita vt opatur pice. Cũqz simul bñ coxeris leuabis spongiã ⁊ suspẽdes: que cũ siccata fuerit redigis eã in puluerẽ de quo tanges locũ ex quo sanguis fluit q facit ⁊ ad ꝓfluuiũ. ¶ Itez ad venas vel neruos precisos. Lũbricos de terra cõtundes ⁊ pones statim sanãt. ¶ Itẽ ad oĩa loca dolẽtia herbã cyclãnion cõtunsaz pones ⁊ statiz sanat. ¶ Itẽ ad sanguinez sistendũ. resinã frixã tritã locis sup̲sparges. ¶ Faciunt ⁊ linthea vsta ⁊ in pusta extincta. ¶ Itẽ calcitis in puluerẽ redactus sanguinem sistit. ¶ Persici autem folia trita ⁊ imposita hemorroidam sistunt. ¶ Vtris etiã vinarij cinis cum pari põdere resine ex aceto iposit⁹ sanguinẽ sistit ⁊ vulnera cõglutinat.

¶ Ad vlcera ⁊ vermes innatos vel ad nomas siue ad fistulas vlcerum. CAP. XII.

Hedera ex vino decocta iponit. ¶ Vermẽ itẽ q in ligno nascit teres ⁊ lintheo illinies ⁊ vlceri appones. ¶ Itẽqz radix peponis trita ⁊ iposita vlcera sanat. ¶ Olea quoqz cruda ꝯtrita ⁊ iposita vlcera sanat. ¶ Folia itidẽ olee ꝯmanducata ⁊ imposita vlceribus manãtib⁹ medent. ¶ Itẽ ad vlcera manãtia. Oleũ amigdalinũ expurgat. ¶ Glãdes sil'r de robore trite cũ axũgia emẽdãt. ¶ Fici itẽ ra

Symphitũ.i.cõsolida.

Carcinomata idest morbi cãcerosi.

erui idest orobi.

moꝝ teneri tunsi cauliculi imponunť cũ melle vlceribus que ceria vocãt. ¶ Pix quoqȝ brutia cũ melle vlcera purgat explet ⁊ sanat. ¶ Aqua vero in q̃ lẽtiscus decoctus ẽ: vlcera q̃ serpũt vtiliter fouenť. ¶ Itẽqȝ pillule platani tunsẽ emẽdant. ¶ Fimi itẽ pecudis cinis cuȝ cinere ex ossibus agnoꝝ aut intro adhibeť vlceribus que cicatricẽ nõ trahũt. ¶ Iteȝ pulmo arietis carnes excrescentes in vlceribus exequat. ¶ Symfitũ vero oĩa tũsa celerrime producit ad cicatriceȝ ⁊ sanat. ¶ Felle aũt taurino cum porri succo pari mensura carcinomata curanť. ¶ Lentis iteȝ farina eodẽ mõ carcinomata cũ axũgia veteri curat imposita: sed vlcera que serpũt ⁊ q̃ in his excrescũt cinis capitũ menarũ coercet. ¶ Itẽ allece lintheolis ꝯcerptis imposito purganť vlcera. ¶ Porri quoqȝ capitati ex melle contriti vlcera purgant. ¶ Lini etiam seminis farina ex vino decocta ꝓhibet serpere. ¶ Farina similiter erui serpere vlcera nõ patiť ſpato melle imposita. ¶ Item his q̃ purgãda sunt. Oleastri folia ex melle adhibenť. Vlcera aũt que serpunt. Salsamẽto veteri tunso in moduȝ emplastri curanť. ¶ Itẽqȝ serpentiũ vlcerum impositũ coercet calx viua temperata ex aceto ⁊ rosaceo atqȝ illinita mox cera ⁊ rosaceum permixta ꝓducũt ad cicatricẽ. ¶ Coagulũ item leporis cũ capparis pari põdere: qȝ vtrũqȝ aspersum vino simul teritur ⁊ penna illiniť. ¶ Fel quoqȝ vrsinũ his q̃ serpũt adhibeť. vlcera nihilominus que serpũt cohibet seuũ caprinũ cuȝ cera: id ẽt adiecto sulphure aspergitur. ¶ Item fistulas vlceruȝ Lenticula cocta rumpit ⁊ collectiões sedat: eadẽqȝ ad suppurantiã cũ polenta decocta imponiť. ¶ Alliũ item cũ sulphure ⁊ resinã fistularũ vitia extrahit. ¶ Itẽqȝ cinis vitis cũ axũgia veteri fistulas curat. ¶ Fistule vero aperiuntur siccãturqȝ salsamẽto cũ lintheolo ĩmisso ⁊ intra diẽ alterũ oẽm callũ auferunt. Carnes aũt que ab ossibus recedunt comprimuntur cauliculis oleastri decoctis ex melle ⁊ impositis. ¶ Cõtra collectiões vo folia oleastri ex vino trita ĩponunť. ¶ Ad vlcera autẽ sordida qualibet in parte corporis fuerint cognoscunť aũt cũ candicãt aut cũ crustã albã sụpduxerĩt purgatqȝ ea mel ĩfusum: aut puluis yris vel mali terre aut panacis radix. Mirificeqȝ purgat hoc medicamen etiã si cãcer tẽptauerit: est aũt lene: ⁊. ℞. auri pigmenti.ȝ.vj.yris.iij.elaterij.j.cineris charte combuste.iiij.⁊ cum opus est cocł.iiij.rose cyatho ꝑmisceť atqȝ vulneri supponiť. Hoc medicamẽtũ cito ⁊ sine vllo morsu expurgat vlcera sordida. ¶ Cortex itẽ cauliculoꝝ papaueris contunsus in puluereȝ ac melle ꝑmixtus sordidis vlcerib⁹ imponitur. Ad excrescẽtẽ vero carnẽ yris floris vsti.ȝ.vj.calcideos vsti.iiij.sed acre hoc est ⁊ quasi cauteriũ crustã ducit Crescentem ẽt cãcrũ ꝓhibet. ¶ Vlcera itẽ sordida optime mũdat lenticula cocta: ⁊ addito melle ĩposita sanat. ¶ Vermes vero vlceribus innati ranaꝝ felle tollunť. ¶ Itẽqȝ vermes q vocanť cosses cõbusti cũ aneti pari põdere ĩpositi nomas qȝ ẽ cãcer sistũt. ¶ Nomas itẽ sistũt coclee de sua testa eiecte ac trite ⁊ in lintheo imposite. ¶ Itẽqȝ fim⁹ ouiũ subtecta calefactus ⁊ subastus nomas sistit: hoc etiã tumorẽ sedat ⁊ fistulas purgat. ¶ Xerondyatesseron qȝ facit ad nomas. ℞.calcideos cocti.ȝ.calcanti.l.myseos vstulati.xxv.calcoci cauminos.xij.⁊ semis in aceto que oĩa teres donec sicca efficiantur ⁊ in puluerẽ ꝑueniãt. ¶ Itẽ xeron caroteten qȝ facit ad nomas. ℞.calcoci caumĩos.ʒ.j.calcidios.j.chalchãti.j.myseos vnã. ¶ Itẽ xeron catapastaton dyacorcon facit ad nomas: ⁊ ad paturam sparges ⁊ ligabis. ℞.lyppidi.ʒ.j.myseos.j.calcãti.j.scystos.j.cicidos.iiij. ¶ Itẽ lypara ad nomas ⁊ ad vstulatiões. ℞.albesci.ȝ.iiij.psymitij.iiij.cere.xvj. cerosam vero ⁊ albescũ teres cũ lacte mulieris donec habeat spissitudinẽ ceroti ⁊ sic permiscebis in mortario ⁊ teres diligenter. ¶ Item xeron ad nomas melãtiũ hoc ẽ ꝑp arsenicũ sandaracã calcocecauminuȝ equalia teres ⁊ vteris. ¶ Itẽ xeron ad qȝ supra. ℞.calcideos assi.ȝ.xl.chalcanti.xxx.myseos assi.xx.vstulati deceȝ. ¶ Itẽ xeron theodori vt supra. ℞. calcideos.ȝ.iiij. sandarace .iiij. arsenici.iiij. albesci.viij. que teres ⁊ sic vteris. ¶ Itẽ ad vlcera ad vulnera ad cãcromata ad vermes necãdos. Herba nepeta viridis trita adiecto modico salis ⁊ apposita vulneri qȝ ex neglegẽtia vermiculos habere ceperit oẽs eijcit ⁊ ꝑsanat. ¶ Item folia cannabis ⁊ millefolij ⁊ lactuce in vino teres ⁊ succuȝ eaꝝ vlceribus ĩmittes vermes necat ⁊ ad sanitatem perducit. ¶ Betonice itẽ pollinẽ bibat ex aqua calida statĩ spõte exeũt. ¶ Semẽ quoqȝ rafani tritũ ⁊ ex aqua impsiotuȝ vlcera sistit.

¶ Ad apostemata interiora. CAP. XIII.

Apostemata interiora vomicas vocam⁹. Erũpunt enim plerunqȝ e lateribus mẽbrane supuacue ex lãguoribus nate humore concreto intusqȝ cõuerso qui adeo secunde ĩnasciť: vt non tam exercetur q̃ euometur. ¶ Eos item qui hanc passioneȝ inciderint oportet ambulare vectari vngi lectos ⁊ requies: ⁊ ob hunc morbum maluȝ substentandi erunt cibis firmis glutionis auibus pinguibus operibus pistoriis plus equo militis: prout patiuntur facultates. ¶ Vomica sunt priuati melle in quo sint apes demortue. facit aũt ⁊ industrie potiõ hec. ¶ Ouum crudũ euacuabis ⁊ putamen eius implebis ex succo marrubij ⁊ in eodẽ vase colabis. repleatur item melle quod eodem abijcitur ⁊ ita permixta calefiant vsqȝ ad teporem. Hec enim vomicas rumpunt purgant ⁊ ad sanitateȝ perducũt: iõ ẽt curatio eius expetita est vt ẽt hyeme asperrima explicari potest ⁊ intra verni ⁊ estatis tempus. Aliqui tamẽ curati sunt intra finitũ tempus: compositione ea que infrascripta ẽ. ℞. mãdragore deñ.iij.iusquiami.iij.thuris.x. sigillatim tũsa teruntur ex vino ad spissitudinem plus grassiorẽ q̃ mellis. ex quo medicamento mitio pondere victoriadi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

ctoriadi in tribus cyathis aque euntibus dormitũ daẗ. mox deinde ex eodẽ modo aque pond. deñ. a prima vero potione sentitur ꝓfectus: deinde incredibilis in altera explicaẗ curatio. ¶ Itẽ ad apostemata interius. Braxice succi cyathi duo passi. j. tepefactus ⁊ potui datus mirifice prodest. ¶ Marrubij item succum cum butyri tantundem in potione conditi tepidũ bibat sanus erit ⁊ si vetus est passio succi minus mittas ⁊ plus butyri ne subita eruptione presocetur. ¶ Marrubium item cum mellis eq̃li mensura coques agitando donec vnum corpus efficiatur: ⁊ cum cocleari pro viribus dabis. Butyrũ quoqꝫ cum melle optimo ꝑmixtum ieiuno sepiꝰ ad comedendum dabis: hoc si frequenter feceris miraberis effectũ. ¶ Itẽ hortulane rute semen ex aqua tritũ ꝑ dies. vij. calida mixtum coclearis mensura ieiunus accipiat. ¶ Itẽqꝫ alia septimana lapatij radicem colligẽs ⁊ diligenter in pila tundes: ⁊ iacebit infusa in vino veteri diebus septẽ deinde ꝑ triduum singulas potiones bibat: mixta calida tẽperata ipsaꝫ vero radicem lintheo impositam ⁊ tepefactam stomacho superpones: qua enim hora imposueris accessio fiet.

¶ Ad omnia apostemata exteriora vel tumores. CAP. XIIII.

Cerosam: nitrũ: cerã. oleũ pari põdere sꝫ plus nitri adijcies. ¶ Cerosam vero ⁊ nitrũ teres: cerã ⁊ oleũ cerotũ facies miscebisqꝫ oĩa ⁊ teres diligẽter: qđ alute ĩpositũ mirabile est effectu. ¶ Agrimoniã itẽ verbenacã ⁊ qnqꝫfolium coques equis partibus ex aceto adiecto semꝑ vino dehinc trita ⁊ imposita sanãt. ¶ Itẽ ad vomicas exteriores. Charidas viuas in oleo necabis ⁊ ex hoc vnges liberant. ¶ Itẽqꝫ hebuli radices ac cortices cũ aceto teres: ⁊ in modum cataplasmi ĩpones sanãt. ¶ Itẽ ad oĩa apãta maxime ad parothecas. Herbas virides paredariã: symphoniacã: lapatiũ ⁊ marrubiũ sigillatim in creta ĩuolutas lento vapore coques ⁊ carnem que inter medullam ⁊ corticem est separatam diligenter teres ad crassitudineꝫ mellis: quod cum herba suprascripta admiscebis: deinde mãna thuris ⁊ stercus columbinum siccum cum nitro alexãdrino teres. Preterea facies cerotum de oleo simplici ⁊ cera quantuꝫ satis est: therebyntinam quoqꝫ adijcies ceroto cui ⁊ cetera omnia ad vnitatem corporis misceantur. omnibus autem pigmentis: ⁊ herbis exceptis cera ⁊ oleo equaliter vteris.

¶ Ad collectiões vel tumores. CAP. XV.

Fiscũ decoctum cum fenugreco impones. ¶ Adipem item cum allio mixtũ impões: oẽs tumores suspectos soluit. ¶ Itẽqꝫ cerifoliũ tritũ bñ faciẽ. ¶ Olistri quoqꝫ folia ex vino ꝯtrita ⁊ collectioĩbꝰ ĩposita ꝓsunt. ¶ Carnis ẽt caprie cõbuste cinis ex aq̃ illinitꝰ oẽs tumores soluit. ¶ Sysimbriũ itẽ tritum ⁊ impositum tumorẽ sedat. ¶ Ebuli silr̃ folia tunsa cuꝫ pane molli vino ĩfuso ꝑmixta ⁊ imposita oẽs tumores discutiũt. ¶ Lẽticula itidẽ cuꝫ lomẽto fabe puleio ⁊ sale pari portione aqua ꝯspersa ⁊ ĩposita collectiones quaslibet facillime soluit. ¶ Mali terre nihilominus radix cõtunsa ⁊ in aceto deferuefacta discutit ⁊ sanat. ¶ Itẽqꝫ pix liquida adiecto cinere cribrato ⁊ apposita omne genꝰ collectionis discutit. ¶ Juniperi quoqꝫ semẽ tunsum ⁊ in aqua decoctum ⁊ in panno impositũ tumorẽ sistit. ¶ Item ad tumorẽ ⁊ duritiam. Faba frixa cocta sine sale ⁊ mixta cũ melle vl̃ vua passa innucleata ⁊ imposita duritiam mollit ⁊ tumorẽ spargit. ¶ Farina quoqꝫ ordeacia in aceto discocta ⁊ cum fimo colũbino ac ficu sicca simul trita coctaqꝫ ⁊ ĩposita discutit. ¶ Itẽqꝫ lens cocta ⁊ cũ melle trita ⁊ imposita maxime vlcera tollit ac sanat. ¶ Ficus ẽt q̃ adhuc nõ maturauit admixto adipe anserino imposita mire sanat. ¶ Herbam itidẽ symphoniacam cuꝫ anxungia cõmiscebis.

¶ Ad schyrosim vẽtris vl̃ stomachi. CAP. XVI

Absentij pontici fasciculũ cassie manuꝫ plenã infundes in vini hadriani sexta. j. ⁊ gremialis sexta. iiij. coq̃sqꝫ ĩ vase duplici ⁊ fouebis. altera die rute fasciculũ breuissimũ. yris. ℥. iiij. squinãtij. ij. infundes in vini hadriani sexta. j. ⁊ olei gremialis sexta. iij. coquesqꝫ in vase duplici ⁊ suprascripto oleo ꝑmiscebis ⁊ fouebis diebꝰ. xij. ¶ Itẽ cataplasma ad eandẽ styrosin. ℞. fenugreci sexta. j. lini semis. j. meliloti. j. isopi ceroti librã. j. yris. j. sesilij sexta. j. que omnia tunsa cribrabis mollissime. postea carycas pingues optimas numero cẽtũ, infundes in aqua ⁊ discoques ita vt aqua spissa fiat sicut passuꝫ ⁊ adijcies mellis optimi heminã. j. ⁊ facies cataplasma diebus. viij. vel. x. aut quotquot necesse fuerit ex eadẽ aqua cataplasmata coques. addes ẽt resine therebynthine optĩe. ℥. j. sequẽti die. j. ⁊ semis tertia die. ij. vel accedẽtibus diebus. ij. rute sicce lib. j. ⁊ si viridis fuerit: siccetur in patella argẽtea suꝑ carbones butyri optimi ℥. j. accedẽtibus diebus duobus euisci cocti subꝰcinere lib. ij. cõmiscebis cum anxũgia non satis ita vt prius euiscũ tũdas ⁊ postea simul vtrũqꝫ ceroti modo spissum fiat. Hinc facies sperã grandẽ ex aqua ⁊ cataplasma semꝑ adijcies: ꝙ si hyems fuerit. xij. diebus fouebis ⁊ totidẽ cataplasmabis. Siuo estas fuerit vel senex diebus septẽ: vel ꝓ viribus egrotãtis. ¶ Itẽ epythima ad eandẽ scyrosin post cataplasma. ℞. yris. ℥. septẽ quas tũdes ⁊ cribrabis mollissime ⁊ in mortario duo viri a mane vsqꝫ ad vesperã terãt: dehinc cere minutissime de pingui, melle. ℥. vj. ⁊ solues cinere calidissimo: que cũ soluta fuerit addes therebynthine optĩe. ℥. vj. ⁊ diligẽtissime agitabis: vt nullã asperitatẽ habeat cũ soluta fuerit leuabis đ foco ⁊ mittes puluerẽ suprascriptũ ⁊ teres diligẽtissime: hinc facies collyria maiora ⁊ pones in

capsella munda.⁊ cum opus fuerit linies lintheum spissum ⁊ pones in stomachũ quottidie ita vt totum ventrẽ ⁊ sub vmbilico teneat. ¶ Itẽ epythima ad scyrosin:ad epar:ad splenẽ ⁊ stomachuz .℞.cere.ʒ. iiij.therebynthine.iiij.amoniaci.iiij.bdelij.iiij.myr re.iiij.propolei.iiij.yris.iiij.styriacis.iiij.hyrini fecis parũ.Amoniacũ vero bdelliũ ⁊ irim tũdes ⁊ cribra bis:styracẽ:propoleium ⁊ ceram in pila tundes ⁊ si mul cõmiscebis ⁊ postea therebynthinã atqȝ feces hyrini simul cõmiscebis ⁊ colliges. ¶ Itẽ epythima ad renes ⁊ ad scyrosim eoꝝ.℞. thuris masculi. ʒ.j.adiãti tres.galbani duas.styracis tres.butyri.ij. bdellij duas.yris sex medulle ceruine.j.olei cypri ni.viij.floris lapidis amoniaci.iiii.cere pinguis mel litine libram vnam.

¶ Ad paniculas. CAP. XVII.

Nasturtiuz cũ pice panas discutit. ¶ Itẽ qȝ maturis:aut maturescentibus lẽs im ponit̃ ex aceto decocta ipsaqȝ cocta ⁊ cũ melle trita ⁊ imposita ꝓhibet suppurare. ¶ Lupini itẽ ex aceto cocti aut minuunt aut matu rant. ¶ Fimus ẽt columbinus cũ ordeacea farina i ponit̃. ¶ Euiscus itidẽ resina ⁊ cera equis ponde ribus imponuntur. ¶ Galbanũ similiter ꝑ se impo sitũ ꝓdest.Aperit vero paniculas seuũ pecudis cuz sale costo discutit.nihilominus murinus fimus ad mixtus thuris pollini ⁊ sandarace ⁊ coclee cõtunse. ¶ Cinis quoqȝ muricũ vel purpurarũ ex oleo ve teri imponit̃.Quidã aũt vtuntur ad paniculas hac compositione.℞.cere atqȝ thuris.ʒ.xx.spume argẽ ti.xl.cineris muricum.x.q̃ oĩa ꝑmiscebis ex olei ve teris hemĩa.j. ¶ Itẽ ad pãiculas alia cõpositio.℞. herbe symphoniace folioꝝ lib.j.colophonie.ij.axũ gie veteris sine sale.j.fermenti.vj.ʒ. Fermentuz ve ro in mortario solues ⁊ suprascriptas spẽs miscebis resinãqȝ ⁊ oleuz solues ⁊ vteris. ¶ Itẽ de polline

erui idest orobi. erui ex melle cataplasmabis.sepius enĩ ipositũ spar git:si tñ nondum pus fecerit. ¶ Itẽqȝ caryce ex vi no cocte ⁊ imposite curãt. ¶ Feniculi itidẽ farina ex hydromelle cocta addita axungia dolorem miti gat:⁊ panas aperit. ¶ Item exꝑtuz .Gutta amonia ci tunsa cuz cera ⁊ apposita ligataqȝ ⁊ quarto die so luta paniculas discutit. ¶ Itẽ euisci radix ex aqua coquitur ⁊ q̃ exterior ꝑs est ac ꝑ hoc tenerior trita ⁊ admixto pane molli insusa cum axungia sine sale lin theoqȝ inducta ⁊ imposita sparget:aut si ruperit ex hoc ipso ipositũ claudit ⁊ sanat vt exꝑtum ẽ. ¶ La patium itẽ fimusqȝ gallinaceus cõmixta dirumpũt. ¶ Eruum quoqȝ cũ melle tritum ⁊ impositum sup purare ꝓhibet. ¶ Myrram ẽt ex aceto temꝑabis ⁊ linies locũ miraberis effectum. ¶ Itẽqȝ lacerta vi ridis diuisa ⁊ imposita discutit. ¶ Cinis quoqȝ ina niũ cocleaꝝ cere admixtus. ¶ Echinnoꝝ item teste ex aqua illinite. ¶ Cãcri ẽt fluuiales triti medent̃. ¶ Sal samenta item cocta ⁊ imposita. ¶ Creta si militer cymolia trita ex aceto cohibet. ¶ Sanguis vero vrsinus discutit:nec minus taurinus arid⁹ tri tus vnguleqȝ equine cũ oleo. ¶ Bubulus nihilo minus sanguis illinitur.Sed ⁊ fimus hircinus cuz melle decoctus. ¶ Itez ad paniculas sanãdas.Sa ponem cum adipe porcino recenti aceto accerrimo resoluta cum lana imponuntur. ¶ Itẽqȝ coclee mi nute mirabiliter faciunt.

¶ Ad cyratas q̃ sunt glãdule ⁊ ad tumorem anteq̃ apostemata fiat. CAP. XVIII.

Therebynthĩe.ʒ.iij.galbãi.iij.cere.iij.ci neris de sarmẽtis vitis mũdissime facti cãdidi.j.cineris a phrici.j.simul mittes in cacabũ cum cera minuta ⁊ olei hirci ni.ʒ.duabus.⁊ solues postea colabis ac teres panẽ qȝ facies:⁊ cum opus fuerit lintheo spisso illinitum impones. ¶ Item ad cyradas ⁊ stumas.Lolij siue hauene farinam cum lini seminis farine pari portõc ⁊ columbinum fimuz recens tantundez ex vino de coques ⁊ impones vtrũqȝ sanat. ¶ Strumis item ⁊ cyradis echinnorum teste contũse ⁊ ex aceto acri trite illiniuntur. ¶ Rane quoqȝ rubete cinis admi xto butyro inductus cyradas exiccat. ¶ Itẽqȝ cõchy scus calx ⁊ cera imposita maxime ꝓsunt. ¶ Cõchy lij etiam marini testa tunsa in puluerem admixta ve teri axungia imponitur. ¶ Mustele etiam viue cõ buste cinis cũ rosaceo ⁊ cera iponit̃. ¶ Columbi nus quoqȝ fimus recẽs collectus ⁊ in folijs bete vl braxice coctus:deĩde tritus ⁊ admixto aceto calido impositus sanat.qđ ⁊ carbũculos curat. ¶ Itẽ em plastrũ cyradicon.℞.perysterio.ʒ.iiij.piretri.iiij.ꝑ polinis.xiij.amõiaci.xvj.caccij ğna.viij.visci đ quer cu.ʒ.viij.nitri.iiij.therebynthine.viij.galbani octo. ¶ Item ad cyradas ⁊ paniculas.Ostree vste.ʒ.ij. calcis vnã cũ aceto diu teres ⁊ calefacies bene locũ ⁊ sic impones medicamentum.

¶ Ad strumas. CAP. XIX.

Vrtice radices in aceto cocte ⁊ trite ⁊ i modũ ceroti imposite discutiũt matu ras aperiunt:⁊ oẽs radices extrahunt. ¶ Itẽqȝ viride nasturtiũ cũ lomento fabatio ꝯtrituz adhibet̃ ⁊ desuper folia hedere vel brassice apponunt̃ strumas tollit. ¶ Bulbi quoqȝ ex melle triti tepidi imponuntur:⁊ alia die cauliculi ruborum teneri cum folijs suis ex vino decocti tri tiqȝ.Hec alternis diebus ⁊ vicibus imposita ad sa nitatem perducunt. ¶ Item sinapis semen cum fa be pari potione in aqua coctum ⁊ tritum atqȝ impo situm strumas sanat. ¶ Cancri quoqȝ fluuiatilis ci nis tritus cũ melle ⁊ impositus discutit. ¶ Itẽ tau rinum siue bubulum seuum cum cera ⁊ resina im positum discutit. ¶ Fimus item eius cum aceto co ctus idem facit. ¶ Item medicamentũ ad strumas ℞.aphronitri lib.j.resine frixe.j.therebyntine.ʒ.vj. cere.vj.amoniaci.iiij.calcis viue duas.olei rosati. iiij. ¶ Ad strumam vero claudendam.Axunxia cũ vrtica trita ⁊ imposita optime facit,⁊ claudit vuln⁹. ¶ Itẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

¶ Item radicis cortices cocte cū aceto ⁊ cōtunse imponunť strumis incipientibus.disentiunt:maturant:aperiunt ⁊ ita educūt ⁊ omnibus radicibus extractis ad certissimam sanitatem pducunt. ¶ Porro ad sugillationes. Urtice folia teres ⁊ impones. ¶ Itez empl'ad strumas. ℞.olei veteri.℥.vj.cere.vj.herbe cyclaminos.vj.floris aphronitri.vj.oleum vero resinā ⁊ cerā in cacabo resolues:postea mittes puluerem cidamis ⁊ agitabis donec vnitas fiat:deinde adijcies florem aphronitri ⁊ cōtinuo depones vbi refrigerauerit:finito nono iductū pones q̄zdiu pus reddat. Cū aūt videris exinanitū esse facto ceroto curabis. ¶ Caprifici item corticē intumescentē puer impubis si detracto ramo tollat dentibus ⁊ medulla ipsa alligeť ante solis ortum ꝓhibere strumas cōstat. ¶ Itē echinnoꝝ teste contūse cū alumine ex oleo:folia hedere marrubium cū adipe lens i aceto discocta. ¶ Lupini ex aceto cocti tritiq̄ȝ folia fici ⁊ ficus imatura vna tunsa iponunť. ¶ Succus vero pillule cupressi ex fermēto galbanum p se exulceratis strumis imponiť. ¶ Musteleq̄ȝ sanguis illiniť. ¶ Mustele ex vino discocta imponiť. ¶ Coclee cum suis testis tunse ad hoc faciunt optime q̄ salicibus adherent. ¶ Cinis vero aspidis cum seuo taurino imponiť. ¶ Adeps quoq̄ȝ anguis mixtus oleo. Anguiū cinis ex oleo esse eos quoq̄ȝ p̄cipiť abscisis a capita ⁊ cauda digitis.iiij.aut cinerez crematoꝝ bibere. Aliqui fimū columbinū imponūt Alij mixta ordeacea farina ex aceto acri. ¶ Talpe quoq̄ȝ cinis ex melle imponiť. ¶ Iecur talpe quidē inter manus tritū circūliniūt ⁊ triduo nō abluūt ¶ Talpe rursum capita preciduntur ⁊ cū terra egesta a talpis conterunť: ⁊ in pastillos rediguntur. sicq̄ȝ seruantur in stagnea pyxide vtiles ad oē apostema. ¶ Uermes terreni totidē quot sunt strume alligati cum his pariter arescūt. circūligať lino quo vipera suspēdio occisa ē.millepede iponuntur addīta resine quarta parte:⁊ nō solū strumas sic curari p̄cipiunt sed ⁊ omnia apostemata. ¶ Calx viua cum resina liq̄da vel adipe suillo addito melle strumas vtiliter auxiliatur. ¶ Cinis vngule asini vel equi ex aqua ⁊ oleo illinitur. ¶ Bubulum seuum ex oleo imponitur. ¶ Ebuli folia conteruntur:⁊ mixta cum fece ceruisie superadditis folijs eiusdem ebuli illud alligatur.

¶ Ad carbunculum. CAP. XX.

Cucumeris siluatici succus superinfusus ⁊ alligatus emendat. ¶ Item expertum. Mel cum lomento fabe mixtū imponitur.⁊ folia lactuce desuper hoc ad sanitatē pducit. ¶ Itēq̄ȝ nasturtium fermēto mixtū vtiliter medeť. ¶ Suppuratiōes dirūpit plantago sine lanugine cū sale cōtū sa. Cū autē purgauerit sine sale apposita ꝓcurat. ¶ Cepe itē acerrime sub cinere bn̄ cocte melli miscenť ⁊ loco empl'i mō admouenť. ¶ Titimallus quoq̄ȝ trita admixto sale cymino ⁊ melle equis portionibꝰ ⁊ in modū medicaminis iposita sanat. ¶ Itē vitrū cū oleo tritum ⁊ ipositū carbūculos ardētes sanat. ¶ Porri quoq̄ȝ succus cū cinere mixtus ⁊ ipositus. ¶ Calx ēt viua ex aceto soluta iponiť. Gutta itē amoniaci ex aceto teriť ⁊ vulneri supponiť:frequēter rūpit:⁊ foras ꝓtrahit. ¶ Itē ad carbūculos. Caseus caprinus viridis:siue siccus cū porri sectiui succo tritus iponiť. ¶ Pix brittia cū vua passa exēptis nucleis addita axūgia purgat. ¶ Nuces siue glādes pueteres teres ⁊ ipones. ¶ Itēq̄ȝ erui farina ex vino imposita carbūculos rūpit. ¶ Itē exptum ad antracas quod alij dicūt oculū pullinaticū alij carbūculū. Folia rute viridis.vuā passam pinguē purgatā.aphronitrū albū:oīa eq̄lia cū melle vteris. ¶ Itē empl'.ad antracas. ℞.galbani.℥.j.aspalti.j.nitri semiunc̄.arsenici simil'r.seui veruecini ꝺ renibus.℥.j.coques amolētu ȝ:facit ⁊ ad vulnera recētia seu pustulas malas. ¶ Colūbinus itē fimus cū lini semīe ex aceto mulso:carbūculis iponiť. ¶ Mulloꝝ quoq̄ȝ salsoꝝ cinis ꝓdest:rutaq̄ȝ ex aceto trita. ¶ Fimꝰ pecudis incipiētibus carbunculis imponiť. ¶ Ficus sicce in vino decocte aut trite ⁊ ꝯfricate extrahunt. ¶ Herba sauina que habet folia simillima cupresso cū melle illinitur. ¶ Cerebruz suis coctū ⁊ costū iponiť. al's tostū.

Erui.i. orobi.

¶ Ad papulam noxiam. CAP. XXI.

Ad papulā noxiam q̄ tertia die occidit. Bullos crudos teres mollissime addes coriādrum viride mel ⁊ acetum teresq̄ȝ simul ⁊ ipones. ¶ Itē porcinum fel siccabis in fumo ⁊ exinde tantā ptē p̄cides quātum spacij ipsa pustilla tenet in capite:quā calefactā foco in modum ceroti induces ⁊ sic impones cū heserit nō dimittit nisi secum pupulā extraxerit. Signum v̄o morituri est si medicamētum non hereat. Ante oīa de carycis germanis in vino aphro discoctis leuatis ac tritis adiecto paruo melle cataplasma facies ⁊ sup oēm curā ipones. ¶ Itēq̄ȝ poma caprifici sicca cōbures ⁊ cum sapone miscebis ⁊ impones. ¶ Ex virga itē ipsius interiorē albuginē rades ⁊ teres diligēter ⁊ sapone mixtā impones. ipsa enim vim eius mox necat ne āplius serpat. ¶ Galbanum itē p se iponiť aperit ⁊ extrahit. Postea vulnus factum curatur alio medicamēto.

¶ Ad furunculos. CAP. XXII

Nasturtium cum fermēto coquiť ⁊ imponiť. ¶ Fimus itē gallinaceus rufus vel albus recēs ex aceto tritus ⁊ impositus efficaciter sanat. ¶ Papauer quoq̄ȝ siluaticum cuz axungia tunsum suilla iponiť. ¶ Itēq̄ȝ bulbi triti ⁊ ipositi exiccanť. ¶ Daptylus ēt tritus ⁊ cum molli pane infusus iponiť. ¶ Fermētuz itidē cū sale mixtū iponiť. ¶ Pellis sil'r muris detracta. ¶ Seuū nihilominꝰ arietis cum farina punicis eq̄s pōderibꝰ ꝓdest. ¶ Nitrū cū resina mixtū detrahit. ¶ Seuū bubulū cū sale impōiť aut si dolor est sine sale lique

tur cū oleo simili mō seuū caprinū facit. ¶ Itē ad
furunculos ⁊ ad oēs tumores. Adipē caprinū recē
tē cū pice dura pari pondere tundes: subactūqꝫ mo
re malaginatis induces donec sanētur. ¶ Nitrum
quoqꝫ cum resina suppositum furunculos extrahit.
al' scisi. ¶ Item ad idē cōpositio bona. ℞. gutte amoniaci:
aluminis scysti: ꝑpolinis: stercoris palūbini aā. ℥. j.
seui taurini mundi. iij. resine. vj. cere. vj. ex his sicca
tūdi ⁊ cribrari oportet ac cetera in nouo cacabo len
to vapore solui ⁊ siccis misceri. ¶ Itē oē seuum si
ponatur vtile est. galbanū ꝑ se prodest. ¶ Uētricu
lus ciconie ex vino decoctus illinit᷑. ¶ Musce im
pari nūero infricantur: digito minimo sordes ex au-
riculis pecudū illiniuntur. ¶ Limacis cinis asper-
sus purgat. nouēqꝫ granis ordei si quis furunculuꝫ
circundat singula manu sinistra ⁊ omnia in ignem
cōijciat confestim sanat.

¶ Ad circinū qđ alij zonā vocāt. CAP. XXIII

Ircinus quē alij zonā vocāt talis ē. Ue
sice tāqꝫ cōbuste exeūt ⁊ crepāt: primum
pauce deinde cito multiplicant᷑: q̄ si ho-
minē cinxerit occidūt. Curant᷑ vero sic.
Succū cicute: coriādri: colopomis: ebuli ⁊ sambuci
radices cū vitello oui ⁊ oleo rosaceo miscebis ⁊ pē
na linies ac supsperges puluerē milij cōbusti ⁊ hoc
si frequenter feceris sanant᷑. ¶ Itē succi coriandri
calicē dimidiū ⁊ croci aqua infusi ac triti tantūdem
permiscebis ⁊ vteris a pēna ⁊ sic supsperges pulue
rem de carycis in area candenti combustis.

¶ Ad ignem sacrum. CAP. XXIIII

Lantaginis succū cerosam ⁊ cretam cy
moliā miscebis ⁊ īduces curat. ¶ Itē
albū cicer aut nigrū infundes in aqua
fontana post triduū teres diligenter vt
cerotū. dehinc in ipsam aquā infundes medullā pa
nis ⁊ seorsum diligēter teres. deinde in vinū misce-
bis ⁊ si durū fuerit adijcies. ij. vl'. iij. cocl'. ipsi⁹ aque
ita vt post illinitū panno vel lintheo īponas. ¶ Itē
teres cretā diligenter ⁊ seorsuꝫ bene teres coriādrū
⁊ cōmiscebis simulqꝫ teres. addito vino veteri mo-
dico. lauabis ēt vino veteri locum. atqꝫ a pēna indu
ces medicamētū. ¶ Itē terreni vermes ex aceto illi
niunt᷑. ¶ Lens quoqꝫ in aqua marina decocta im-
ponit᷑. ¶ Itēqꝫ herba sauina q̄ hꝫ folia q̄si cypres-
sus ex melle illinitur. ¶ Oua ēt cocta trita cū oleo
imponunt᷑ ⁊ folijs bete opiuntur. Ouorū itē. iij. cā
didū cū anuli pari mēsura imponit᷑. ¶ Isopū itidē
al' amili. cōtritū cum panis polline ⁊ rosaceo illinit᷑. ¶ Ac fi
mus vitulinus seu bubulus. ¶ Ramēta itē caprīe
pellis eiecta punice ⁊ ex aceto trita illiniūt᷑. ¶ Ser
pētiū senect⁹ cū bitumine ⁊ felle siue fimo agnino ex
aq̄ illinit᷑ a balneo allij cinis ex oleo ⁊ garo illinitur.
¶ Ruta quoqꝫ ex aceto ⁊ oleo amurca oliue nigre
infundit᷑. ¶ Grillus ꝯtrit⁹ q nō sit vitio illo apphē
sus: cū q hoc fecerit ī totū malū ab hoc malo liberat
opꝫ aūt eū erui ferro cū cauerne sue terra. ¶ Item
anseris adipe perungit᷑ vtiliter hoc vitio vipere ca-
put ariduꝫ adustū ex aceto suplinit᷑. ¶ Spōgia ex
aceto imponit᷑ tā grādis vt sanas quoqꝫ ꝑtes obte-
gat: vrsin⁹ adeps adijcit᷑. Est genus sacri ignis qđ
zoster vocat᷑ quō occidit eū queꝫ appetit si ꝑcingit.
Huic occurrit plantago imposita cū creta cymolia
aqua cysternina aut certe dulcis soluit᷑ ex oleo dei-
de pēna perungit᷑ eadem die liberat. ¶ Qui me-
diuꝫ qđ ē rusuꝫ teritur sublato albo in vase cupreo
deinde pistillo de cupro ⁊ sic dolor penna illinitur.
¶ Herba helyotropium sicca comburit᷑ cuius ci-
nis oui vitello ꝑmiscetur ⁊ pēna illinitur.

¶ Ad rubeam. CAP. XXV.

Lauabis primum vino veteri ⁊ puluerē
vermium terrenoꝝ supsperges: q ad so
lem sint arefacti ⁊ alligabis: q si locus
talis est vt alligari nō possit ipsos lum-
bricos recentes teres ⁊ linies.

¶ Ad combusturam. CAP. XXVI.

Ombustū polēta cū aqua subacta ⁊ im
posita sanat. ¶ Itēqꝫ malue folia ex aq̄
decoquunt᷑ ⁊ ex ea aq̄ fouent᷑ cōbusta.
¶ Folia quoqꝫ cruda trita admixta axū
gia caprina īponunt᷑. ¶ Myrti iteꝫ viridis folia cō
tunsa ⁊ imposita sanāt. ¶ Puluis folioꝝ eius si cū
rosa ꝑfundat᷑ exiccat ⁊ cutē nutrit. ¶ Terra quam
talpe eiecerint cum aceto mixta ⁊ trita imponitur.
¶ Ouum crudū cū sua testa tritum ⁊ illinitū sanat.
¶ Fimi colūbini cinis ex oleo illinit᷑. ¶ Cucurbi
te aride farina vtiliter asꝑgit᷑. Lens ex aq̄ semicocta
imponit᷑. Procedēte vero cura lens cruda cōterit᷑:
eiectoqꝫ fursure eius decoqt᷑ ⁊ sic īponit᷑: posteaqꝫ
mel adijcit᷑. ¶ Corticis vitis cinis ex oleo illinit⁹ pi
los reddit. ¶ Ordeū tostū tritū ex albo ouoꝝ illini
tur. ¶ Oua ī aq̄ ꝺcoquāt᷑: deinđ ī pruna torreant᷑
dōec putamia eoꝝ torreāt᷑ ꝯburāt᷑: tūc lithea eoꝝ ex
rosaceo illiniant᷑. ¶ Oleū addito sale pustillas rep
mit. Eis vero q̄ seruenti aqua cōbusta sunt ranaruꝫ
cinis īspersus adeo ꝓdest vt ēt pilos reddat. ¶ Ei
ficax est fibrinaꝝ pelliū cinis. ¶ Fimus leporis ⁊ ca
pre illinitur equis portiōibus. ¶ Gluten taurinuꝫ
remissum sicut solet a febris remitti sine cicatrice sa
nat. ¶ Emplastrū ad cōbustū. ℞. spume argenti. ℥.
ij. cere tres. adipis porcini mundati lib. ij. ⁊ semis.
¶ Itē emplꝫ qđ ad cōbustū mirifice facit: ⁊ cū mul
ta sint nullū magis ꝓbatū. Protinus enim imposi-
tuꝫ tollit dolorē ⁊ infinita celeritate persanat. ℞. spu
me argenti. ℥. ij. adipis porcini purgati sex cere. lib.
ij. ⁊ semis oui anserini vitello teres ⁊ miscebis spu-
me argenti tritā cerā cū adipe resolues. ¶ Ceram
iteꝫ in oleo rosato resolues ⁊ facto tenui ceroto ad-
miscebis bulbū lilij diligenter tritum. Alij tamē ad
dunt cerose puluerem mollissimū ⁊ panis micaꝫ in
fusaꝫ in aqua ⁊ tritā ⁊ spume argenti bene trite pul-
uerem. hoc facit ad faciē frigore vel calore exustam.
¶ Itē cerotū de rosaceo adiecto adipe porcino re
centi.

centi qđ satis est. Radices lilij cōteres: ꝛ cum opus
fuerit vteris. ¶ Itē ad cōbustū. Herbam cuculum
inuolutā coctā in cinere ꝯtundes ꝛ oleo atq3 aceto
ꝑmixtā induces cōbustū intra triduū sanat. ¶ He-
dere itē nigre folia ex vino vetustissimo cocta ꝛ cō-
trita īpones. ¶ Illinit̃ item canini capitis cinis: co
clearūq3 cinis ex oleo atq3 adeps verrinus garū in-
fundit̃ nec nominat̃. ¶ Cancroꝝ marinoꝝ vel flu-
uialiū cinis ex oleo ꝓdest ambustis illinita fex vini
siue sape: oliuaꝝ carnes terunt̃ ꝛ imponūtur. ¶ Ni
gra oliua ꝯtinuo si imponat̃ cōmanducata pustulas
gigni ꝓhibet. Flos hedere cū cera vtiliter imponit̃.
¶ Magnes lapis crematus tritusq3 inspergitur.
¶ Optimum vero est si ex auribus tauroꝝ ꝛ geni-
talibus sordes applicantur.

¶ Ad exusturā frigoris. CAP. XXVII.

Ad cōbusta a frigore Mori arboris suc-
cus cū oleo equali mixtus facit. mitigat
enī ꝑunctus vsturā. ¶ Itē ad ignis ꝛ fri
goris adustionē. Rute folia ex oleo co-
cta ꝛ trita colabis ꝑuncta deīde ꝛ īposita calefaciūt.
¶ Itē puluere aristologie ex oleo trito ꝯtra frigora
ꝛ algores perungi vtile est. ¶ Urticam item teres
ꝛ superpones ꝛ alligabis. hoc facito bis in die ꝛ in-
tra dies quinq3 sanus erit. ¶ Ituri vero per niue3
farina3 opoponacis bibere debēt: eaq3 ꝑungi. Uim
enim habet mirifice calefactoriam. Si autem facta
tostū. sint vulnera frumētum costum in ferro ac tritu3 e vi
no ꝑsentaneo remedio est.

¶ Ad scabiem. CAP. XXVIII.

Ad scabiem purgādā folia herbe parita-
rie cōteres diligēter ꝛ exprimes colabis
q3 ꝛ mittes in trullionē aut acetabulum
succum vt bulliat diligenter: ꝛ postea le-
uabis ac refrigerabis. Cumq3 gelatum fuerit: si qs
humoꝛ remansit ex illo succo fundat̃ de reliquo per
unges locū scabiosu3. ¶ Itē persici folia mittes in
oleum sabinēse: cum iam feruere ceperit vbi se con
stauerint: illis leuatis alia mittes: hoc facies ꝛ tertio
dehinc colabis oleum ꝛ cera addita factū cerotu3 re
pones ꝛ in necessitate vteris. Facit enim ad lateris
ac splenis ꝛ neruoꝝ doloꝛem. ¶ Item medulla asi
nina illinita plurimum ꝓdest. ¶ Itemq3 vrina asi-
ni cū suo luto imposita. ¶ Gluten taurinū cum ace
to tepefactū addita calce imponit̃. ¶ Itemq3 fimꝰ
bubuli alumen liquidū admixto nitro ex melle im-
ponitur. ¶ Nitrū cadēs ex vino extinguit̃. qđ tri-
tum ex oleo spargit̃ in balneo. hoc enim ꝛ pꝛuritu3
sedat. Folia fraxini coques ex aqua ꝛ inde sepius la
uabis. ¶ Resine cere sulphuris viui ꝛ picis den̄.
vj. cōteres sigillatim ꝛ sic miscebis. iterumq3 teres
vt lene sit ꝛ inde in sole calido coꝛpus illinies ꝛ pau
lisper morabit̃ donec bene sudet. ¶ Itē emplastrū
aliud siue medicamētum ad scabiē. ℞. spume argē
ti. ℥. j. cerose. ij. cere punice. vj. olei rosati. iiij. axun-
gie porcine recētis. vj. ¶ Item ad scabiē vel cōbu
sta. ℞. cerose. ℥. j. spume argenti semiunc̃. olei rosa-
ti. vj. cere. vj. facto ceroto tritum puluerē miscebis
ꝛ album duoꝛum ouoꝛum addes. ¶ Item physi-
cum eis quibus manus replentur. Micas panis in
recēti infusas cum lactuca teres ꝛ impones. ¶ Itē
cocyaton ad scabiē. ℞. cere libꝛam. j. rosati vnā. ly-
thargiri. iiij. cerose. iiij. medulle ceruine. iiij. ouoꝛum
trium vitellos. succū ptysane. que omnia scabiē cu-
rant. ¶ Itēq3 anulum cum melle mirabiliter curat. als amilū
¶ Sanguis quoq3 bubulus recēs impositus qui
cū aruit alter superillinit̃. postero die abluit̃ cinere
lexiuo. ¶ Sāguis caninus illinit̃. ¶ Trium locu-
starum pꝛatēsium pedes cū seuo hircino triti medē-
tur. ¶ Itē ad scabiē ꝛ pꝛuritū. Radicibus rumicis
hoc est lapatij medullatis non coctis sed cū sale tun
sis aceto acri admixto vteris in balneo.

¶ Ad papulas. CAP. XXIX

Coclee late minute trite imponuntur.
¶ Itemq3 aluminis liquidi pars tertia
cum duabus partibus mellis in balneo
illinitur. ¶ Creta cymolia similiter illi-
nit̃. ¶ Coꝛnus ceruini cinis ex aqua illinit̃. ¶ Itē
nitrum combures ꝛ conteres cu3 vino ꝛ ex hoc coꝛ
pus confricabis cum laueris.

¶ Ad pustellas que vocant̃ volatice. CA. XXX

Trociscus ad pustellas volaticas. ℞. yu yu. i. ru-
syderon. ℥. iij. allij purgati vnam ꝛ se- bigo fer-
mis. sulphuris viui vnam ꝛ semis. cy- ri
mi denarios. xij. aceti acri quātum suffi
cit. teres simul omnia ad solem ꝛ ꝑmiscebis.

¶ Ad varos. CAP. XXXI.

Folia poꝛri sectiui trita ꝛ imposita tol-
lūt varos. ¶ Itēq3 farina erui ex aqua i. oꝛobi.
imposita sanantur ꝛ toto coꝛpoꝛe emen
dantur. ¶ Oleum amigdalum ex mel
le illinit̃. ¶ Adeps gallinaceus cum creta tritus cū
cepa imponit̃. ¶ Itemq3 varos tollit farina haue-
ne ex aceto cocta ꝛ imposita. ¶ Lacerte quoq3 san
guine ieiunus illiniatur.

¶ Ad verrucas clauos ꝛ callos. CA. XXXII.

Agrimonia cum aceto imposita verru-
cas tollit. ¶ Fimus auium cum sangui
ne murino recenti illinitur. ¶ Itemq3
herinacij fel ꝛ sanguis lacerte: fimo ve-
ro gallinaceo cum oleo ꝛ nitro efficaciter tollūtur.
¶ Ocimo quoq3 cum attramento sutoꝛio. Imma
turoꝛum etiam ficoꝛum lacte cum axungia mixto.
¶ Similiterq3 capitum menarū cinere cū oleo tri-
to. ¶ Itēq3 fimi vituli cinere triti ex aceto. ¶ Asi
nine nihilominus vrine luto tollūtur. item sangui-
ne lacertarū que tyzelicole dicuntur: si perungunt̃
ipso. ¶ Item ad verrucas ꝛ clauos. Nitrum tritū
cum exiguo mellis illinitur donec cadāt. ¶ Clauū
autem qui pꝛimum surgit de sapone circumlinies ꝛ
in circuitu ꝛ in medio.

¶ Ad pꝛuritum coꝛpoꝛis. CAP. XXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2



Lauri viridis folia cũ ſale ex vino veteri ꝯteres: ⁊ ĩ corp⁹ ꝑfricabis ⁊ nõ terges. ¶ Lauri q̃qʒ tymolas cũ oleo ꝯteres ⁊ ex eo corp⁹ perunges. ¶ Apiũ ꝯteres cũ oleo roſato ⁊ ĩde corp⁹ illinies. ¶ Urinã calidã ⁊ nitrũ coctũ ac tritũ ꝯmiſcebis ⁊ exĩde corp⁹ lauabis. ¶ Jtẽ nuces rãcidas ⁊ ſulphur eq̃lia teres ⁊ de liq̃mine optimo tẽꝑabis ac fricabis: dehĩc ꝑfundes ex aqua tẽperata corpus ⁊ poſtea de vino veteri ⁊ pane fricabis. ſulphur viuũ cũ liquaminis flore teres ⁊ ex hoc in balneo ꝑunges ita vt non ſcalpas. Cũqʒ diu moratus fueris in calore de mica panis in vino infuſa corpus ꝑfricabis ⁊ ſic deſcẽdẽs in ſoliũ. Herba cuculi cõtrita locũ q prurit̃ ſanabis. ¶ Feniculi itẽ viride cõcides minutatiʒ ⁊ nitrũ viride cõteres ⁊ ſulphur ex aqua coques ⁊ inde corpus fricabis. ¶ Jtẽ ad pruriginẽ. ℞. nitrum lib. j. ſulphuris viui ʒ. iij. axungie ſine ſale. iij. nuces rancidas nũero. xxx. liquaminis optimi quod ſufficiat.

¶ Ad impetiginem. CAP. XXXIIII.



Ucleũ pinee viridis teres diligẽter ⁊ mũdiſſime mittes vinũ vetus ⁊ terẽdo quaſi cerotũ molliſſimũ facies ⁊ locũ illinies. ¶ Silicẽʒ quoqʒ tritã cũ aceto ĩpones. ¶ Fauillã itẽ de foco cũ ſaliua induces. ¶ Jtẽ ſaliua ieiuni ꝑfricant̃. ¶ Similiterqʒ vua canina dragantũ in aceto infuſuʒ ⁊ illinitũ mire curat. ¶ Gũmi in aceto infuſuʒ ad vtrũqʒ facit. ¶ Myrra trita imponit̃. ¶ Herba cuculus inter manus cõfricat̃ ⁊ illinitur. ¶ Succus celidonie illinit̃ ruptis folijs expreſſus exptũ ẽ. ¶ Jtẽqʒ thuris maſculi nitri ac ſpume argẽti paria põdera cũ aceto cõterunt̃ ad ſpiſſitudinẽ mellis ⁊ illiniuntur.

¶ Ad maculas ꝺ corꝑe eximẽdas. CA. XXXV



Ente ſicce. ʒ. j. ⁊ ſulphuris viui ſemiũc. in puluerẽ molliſſimũ rediges ⁊ in balneo cũ ſudare ceperis ſuꝑ cutẽ aſꝑges ⁊ ex eo puluere ꝑfricabis. ¶ Ad eos vero q durioris ſunt cutis. Radicis cameleontis. ʒ. iij. nitri floris. ij. ſulphuris viui. j. ex aceto bñ cõtere ⁊ illini in ſole ſed nõ diu ꝑmaneat: ⁊ ne exulceris inde laua. ¶ Jtẽ ad varietates colli vel thoracis q̃ ex colera vel flegmate veniũt. Elleboꝝ albũ ſulphur nitrũ rubeũ ⁊ alcyonẽ equalia in puluerẽ redacta colliges ⁊ in balneo cuʒ ſudare ceperis loca maculoſa aſꝑges. ¶ Ad maculas vero albas vel nigras que exeũt in pectore vel in collo ſiue in brachijs aut vbicunqʒ de flegmate aut de felle aut vndecũqʒ de flegmate. Tinaperi. ʒ. iiij. folioꝝ fici. ij. aphronitri. iiij. alcyonei. iiij. cymole. xij. tere ⁊ in balneo vtere. ¶ Jtẽ ad maculas albas vel nigras. Alcyonei. ʒ. j. ſtrutij. j. ellebori nigri. ij. tinaperi. iij. nitri. iij. pumicis. iij. fecle. iij. ſinapis. vj. centron. vj. ceroſe. iij. teres ⁊ vteris in balneo. ¶ Jtẽ ad leprã. Galle omphacite. ʒ. iiij. chalcãti acacie miſei rubij aut marrubij ſucco eq̃li põdere vteris. ¶ Capparis itẽ cortices cũ aceto

i. ſulphuris.

coq̃s ⁊ vteris q̃ꝺ diu aũt tuleris medicamẽtũ vteris dyarodino. ¶ Jtẽ lapacij radicẽ decoctã cũ ſapa ⁊ tritã illinies. Elleboꝝ itẽ albũ tundes cribrabis ⁊ teres cũ aceto acri ⁊ vteris qñ autẽ deſudaueris ꝺ ſpõgia terges. ¶ Similit̃qʒ ſandaraca alumie rotundo cuʒ aceto vteris. ¶ Jtẽ ad leprã antiquã. ℞. pulueris yreos ꝯgiũ vnũ. cardomomi dimidiũ. nitri. ʒ. iiij. chalcãti. viij. aſpodeli radices nũero. iiij. Jſta oĩa trita ⁊ ꝑmixta repones. qñ aũt neceſſariũ eſt ad vſuʒ coq̃s cũ aceto acri ad ſpiſſitudinẽ ⁊ vteris ita vt prius corpus nitro diluas. ¶ Lapatij itẽ agreſtis radicis. ʒ. xij. gũmi. vj. coques ex aceti cotila vna ad quartas poſtea admiſcebis ſulphuris viui. ʒ. iij. myrre. ij. galle. ij. agitabiſqʒ ⁊ leuabis de foco citius ⁊ loto prius corꝑe de nitro ſic vteris. ¶ Jtẽ nitrũ. Cameleontis nigre radices cardamomũ chalchãtũ alumẽ ſcyſtũ yreũ: oĩa equo põdere teres cũ aceto ⁊ vteris vt ſupra. ¶ Jtẽ ad leprã. ℞. opij. ʒ. ij. camitrie. ij. tinaperi. ij. que teres cũ aceto ⁊ ſic de pẽna locũ ꝑunges. ¶ Jtẽ emplaſtrũ ad leprã ſiue ſcabiẽ. ℞. ituie folia vſtulata ad. ʒ. j. yu ſcyſton. j. cere ⁊ olei roſati qꝺ ſufficit: qꝺ ĩductũ lintheo ĩpones ⁊ ſolues poſt tridnũ poſtq̃ꝺ tuleris ẽplaſtrũ impones ſalẽ cũ aceto coctuʒ ⁊ tritũ bibe ⁊ vteris biduo hoc curat ⁊ ſplenẽ ſubſtẽtat. ¶ Jtẽ ad leprã valde bonũ facit aũt ⁊ ad antiqua vulnera. ℞. yu. ʒ. j. chalcanti. j. cere. j. adipis porcini. ij. ſicca teres ⁊ cõmiſcebis. ¶ Jtẽ emplaſtrũ Claudiani. ℞. lauine. ʒ. iij. ſandarace. ij. aluminis ſcyſti. ij. amoniaci. ij. ſulphuris. viui. ij. viſci. ʒ. j. ⁊ ſemis therebynthine quãtũ ſufficit ad colligẽdũ. Cõficies aũt ſtudioſe ⁊ facies vt malagina ⁊ impones ⁊ locũ inductũ in alutã ⁊ ſolues poſt dies. vij. vel octo impoſitũ ⁊ hoc vulnus non facit. ¶ Jtem aliud. ℞. ponꝺ. ſulphuris hellebori albi. ʒ. ij. adarci. j. nitri. iiij. alcyonei. j. tinaperi. j. folioꝝ fici ſiccorum. j. fecle. j. roſe ſicce. ij. ceſarei. quattuor.

¶ Ad colorẽ cicatricib⁹ redẽdũ. CA. XXXVI

Adeps leoninus cuʒ roſaceo imponitur. ¶ Jtẽqʒ arietis pulmo recẽs q̃ꝺ frequẽtiſſime. ¶ Seuũ itẽ eiuſdẽ ex nitro efficax eſt. ¶ Utẽdũ quoqʒ eſt anguiũ ſenectute ex vino decocta. ¶ Jtidẽqʒ felle ſcorpionis marini. ¶ Fimo ẽt colũbino ex melle eruceqʒ ſemine cũ melle bubulo. ¶ Lupini quoqʒ ex aceto cocti imponunt̃. ¶ Rurſuſqʒ ſeuũ aſini vl̃ vituli adiecta myrra oleo ⁊ croco extenuat: ⁊ in hos vſus ſeruatur in pixide erea ⁊ caleſactum imponitur.

¶ Ad liuores recẽtes ⁊ tũores. CA. XXXVII

Ecenti liuori cortex rafani ex melle tritus imponitur. ¶ Jtemqʒ allium tritum cum melle equali. ¶ Apiũ quoqʒ tritum viride cum albo oui imponitur. ¶ Sinape itẽ tritũ cũ melle ⁊ adipe ãſerio. ¶ Jtẽ liuori ⁊ tumori. Agrifolij radix decoquit̃ ⁊ trita imponit̃. ¶ Aqua maria vtiliter tumoꝝ fouet̃. ¶ Tumorẽ vero recẽtem aqua ſalſa calida ſepius cũ ſpõgia poſita

gia poſita tollit. ¶ Fimus quoqꝫ ſuillus ſub teſta calefactus ⁊ tritus cum oleo mire aduerſus tumores facit. ¶ Item ꝑcuſſa in facie aut deſquamata pane ex melle ſanant̃. ¶ Itẽqꝫ ſi ſit ex ꝑcuſſo: fimꝰ apꝛinus decoctus ex aceto imponit̃. Fel quoqꝫ ouium cũ lacte mulieris. ¶ Cãcri itẽ fluuiales triti cũ lacte aſinino. ¶ Itẽ ſinapis alexãdrini triti heminã adidis anſerini. ʒ .iiij. melliſſe libꝛam in moꝛtario cõmiſcebis ⁊ pãno induces ⁊ parti que ex cõtuſione in doloꝛe eſt ĩpones mirifice ſanat. ¶ Tumoꝛi item ⁊ liuoꝛi. Pulmones pecudum in tenuiſſima fruſta ꝯcidunt̃: deinde ꝯiecta in feruẽtez aquã calida ſubinde tumoꝛibꝰ imponunt̃. ¶ Plãtagine vͦo cruda ⁊ ꝯtrita ſi tumoꝛ ſiue duritia cataplaſmet̃: efficacit̃ ſedat̃: quod remedium ⁊ alia huiuſcemodi curat ⁊ cautromata. ¶ Sal ẽt ſaccum lineũ conijcit̃: deinde intinctũ in aqua feruẽti ⁊ ita calefactũ crebꝛo imponit̃. ¶ Fimi apꝛini farina ĩſperſa potioni euerſis vtiliſſima eſt. Sed aliqui putãt melius eſſe eiuſdẽ fimi fracti a quadrigis ⁊ rotis p̃ſſi: ꝓximã huic putant fimo ſuillo vim ineſſe. ¶ Luxatis vͦo recẽs fimus vel apꝛinus vel ſuillus vel vitulinꝰ imponitur. ¶ Verris ſpuma recẽs cũ aceto illinit̃. ¶ Fimuſqꝫ capꝛinus cum melle. ¶ Caro aũt bubula ruptis conuulſiſqꝫ illinit̃. ¶ Hoc loco cõpoſitionẽ empl̃. ponentis quo Sagares vti ſolebat. Pancratiaſtes de nobiliſſimis aduerſus omnia que in hmõi certamine ſolẽt inferri: qͦd p̃terea furũculis ſtrumis vulneribꝰ collectionibuſqꝫ podagris quoqꝫ medet̃. In caccabũ nouũ fictile conijcit̃. ſpume argẽti tũſe ⁊ cribꝛate lib. j. olei veteris. j. ⁊ ſemis. Hec coquũt̃ ⁊ ſubinde tudicula ꝑmiſcent̃. Modus enĩ eſt vt fiat craſſitudo glutinis fabꝛilis tũc adijcit̃ picis ſicce põdo ⁊ quadrãs ſeui taurini diligẽter triti põdo ⁊ vncia interpoſita hoꝛe dimidia ꝑte cũ deſierit: tudicula in aquã frigidã miſſa ⁊ amota digitis: ingnata tollit: ⁊ cũ opus fuerit lintheo ſpiſſo imponit̃: ita vt oleo nõ tangat̃. ¶ Itẽ ſi ſanguis ſuffuderit: farina frumẽti ex aqua tẽperata imponit̃: que tantã hꝫ potẽtiam vt ſanguinem ꝑducat vſqꝫ ad faſcias. Nero initio ſui imperij quotiẽs nocturnis graſſaturis in faciẽ verberatus erat: tapſiam cũ thure ⁊ ceroſa illiniebat̃. ⁊ poſtero die ſine vllis argumẽtis rixe populo romano vultũ ſuũ ſpectãdum pꝛebebat.

¶ Ad oſſium fracturam. CAP. XXXVIII

Caninum cerebꝛũ lintheolo illinitũ imponitur: ſuppoſitis lanis que ſubinde oleo ſuffundũt̃: q̃rtodecio die ſolidat. ¶ Cinis quoqꝫ ſilueſtriũ muriũ ĩponit̃ cũ melle. ¶ Cinis vͦo terrenoꝝ v̉miũ cũ melle ẽt minuta oſſa extrahit. ¶ Lardus itẽ elixus circũligatꝰ mira celeritate ſolidat. ¶ Sed articuloꝝ fractoꝝ cinis ꝺ femoꝛibꝰ pecudũ cũ cera coctꝰ ĩponitur. ¶ Capꝛinus vͦo fimus ex veteri vino aperit extrahit ſanat.

¶ Ad extrahenda ea que coꝛpoꝛi infixa ſunt. CAP. XXXIX.

Mus viuꝰ diſcerptꝰ ĩponit̃. Lacerte quoqꝫ caput ꝯciſuz ⁊ cũ ſale tũſum. ¶ Lacerta ẽt viua diſcerpta. ¶ Coclee item exẽpte ꝺ teſtis ſuis ⁊ ꝯtrite cum lepoꝛis coagulo. ¶ Itẽqꝫ teſtaꝝ ſepie cinis. ¶ Alliũ vͦo elixũ cũ pice harũdinis extrahit. ¶ Itẽqꝫ naſturtium cũ pice ĩpoſitũ. Farina quoqꝫ lini ſemis cũ radice ſilueſtris vua trita. ¶ Vrtice aũt radix trita ⁊ ĩpoſita filicẽ extrahit. ¶ Filicis itẽ radix eodẽ mõ harũdinẽ extrahit. ¶ Radix ẽt agrifolij coquit̃ ⁊ terit̃ ⁊ ſic ĩponit̃. ¶ Blacte ſine pedibꝰ ⁊ ſine capite ⁊ pẽnis trite illiniunt̃. ¶ Itẽ cãcri fluuiatiles triti teſtaꝝ nihilominꝰ purpuraꝝ cinis ex aceto. ¶ Fimꝰ capꝛe ex vino. ¶ Coagulũ vͦo quodcũqꝫ eſt ſed marie lepoꝛis cũ pari pondere thuris aut viſci.

¶ Trac. III. De venenatoꝝ animaliũ moꝛſibus.

¶ Ad moꝛſum canis rabioſi. CAP. I.

Salſamẽtũ ĩponit̃. Succi rute põdꝰ deñ. xv. ex vino bibit̃. ¶ Plage quoqꝫ imponunt̃ rute folia cũ ſale ⁊ melle vl̃ ex pice ⁊ aceto. ¶ Folia nigre ficꝰ trita ex aceto medent̃. ¶ Roſe ſilueſtris radix potata efficaciſſime abijcit aque pauoꝛẽ. ¶ Itẽqꝫ plãtago potata ⁊ ĩpoſita facit ⁊ aduerſus canis rabioſi moꝛſum: ⁊ aduerſus omniũ beſtiaꝝ. ¶ Lana itẽ ſucida ĩdita moꝛſuz ſanat poſt diẽ ſeptimũ ſoluta. ¶ Cinis capitis canini illinitꝰ abijcit aque pauoꝛẽ aut caput canis deuoratũ. ¶ Vermis quoqꝫ ꝺ cadauere canis alligatus pauoꝛẽ tollit. ¶ Eſt limꝰ ſub lĩgua canis rabioſi qui datꝰ ĩ potionẽ hydrophoniã ꝓhibet. Oĩa aũt p̃cedit: vt iecur eiuſdẽ cãis q momoꝛderit: ꝺuoꝛet̃ ſi fieri põt: crudũ: ſi minꝰ quoquomõ coctũ. ¶ Itẽ criſta gallinacei ꝯtrita ĩponit̃ plage. ¶ Anſerinus quoqꝫ adeps cũ melle. ¶ Saluãt̃ ẽt a q̃buſdã canes q rabioſi fuerũt: vt ĩ remediuz carnes eoꝝ edãt̃. ¶ Lactẽs itẽ catulꝰ eiuſdẽ ſexꝰ q momoꝛderit ĩ aq̃ necat̃: eiuſqꝫ iecur crudũ ꝺuoꝛat̃. ¶ Itẽqꝫ fimꝰ gallinacij rurſus ex aceto moꝛſui ĩpõit̃. ¶ Glebule ex hyrũdĩs nido ſolute ex aceto illiniunt̃. ¶ Catulꝰ lactẽs ꝑuſq̃ᷓ videat: apiat̃. eiuſqꝫ coagulũ bibit̃: ita vt is q bibit ĩ deſfluẽti aq̃ ſtet vſqꝫ ad ũbilicũ. Paueſcẽtibꝰ vͦo aquã totã faciẽ ꝑungũt adipe vituli marini. Rurſuſqꝫ aquã expaueſcẽtibꝰ vſta plaga ferro ꝯtĩuo ſãat̃.

¶ Ad moꝛſũ canis ñ rabioſi. CAP. II

Nitrũ ⁊ axũgia ⁊ reſina eq̃s ponderibꝰ ex aceto ĩponũt̃. ¶ Allexq̃ cruda ĩ lĩtheolis ꝯcerptis. ¶ Alliũ quoqꝫ cũ melle tritũ. ¶ Mẽta ẽt cũ melle ꝯtrita. ¶ Marrubiũ tũſũ cũ axũgia veteri. Vrtica trita addito ſale. ¶ Cinis vitiuz cũ oleo acetũ calidũ cũ ſpõgia. Rãoꝝ fici cauliculi teneri triti. nuclei amygdalini cũ melle triti. ¶ Nucũ inglãdiũ carnes cũ cepa ⁊ ſale ac melle trite cadẽqꝫ carnes nucũ ab ieiuno hoĩe ꝯmãducatas ĩponi iubẽt. ¶ Spõgie quoqꝫ minute ꝯcidũt̃ ⁊ ĩponunt̃ ĩfuſe vel ex aceto aut ex aqua ſeu ex melle. ¶ Fex etiaz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

aceti cum melanthio plage imponitur.

¶ Psilotrum. CAP. III.

Sunt qui vel suis pilis vel seruoꝝ suoꝝ in balneo offendant sine vlla qdem ratione sed illoꝝ quoqꝫ suasioni succurrēdū est ⁊ monstrandū queādmoduꝫ effici possit vt euulsi pili nō renascant. Nō omni aūt philotro sic vtēdū est: vt prius ꝙ adijciat resina pili auferantur. Sanguisuge viue tunse ī fictili vase ex aceto illiniū tur ꝑ horas .iij. deīde in balneo abluunt. ¶ Lac canis primi partus illinit. ¶ Amerine nigre semē cū spume argēti pari pōdere illinit in balneo. ¶ Sāguis quoqꝫ vesptilionis. ¶ Vipera exēptis ossibꝰ in tribus heminis olei discoquit ⁊ terit: hoc puncti psilotrant. fel herinacij illinit. Cū aūt aduersus oēs morboꝝ incursus fuerimus diligētissimi: nō iō tñ habebimus spē salutis cū ex īprouiso serpētes seuiāt muresqꝫ aranei ⁊ phalāgei ⁊ his oībus nocētiores sunt venefici hoīs morsus. Aduersus hec itaqꝫ cōuertēdus est animus instruēdis remedijs vt appareat benignitatē nature ēt ea mortifera esse noluisse. Igitur titimali succus oleo illinitur in sole frequēter ⁊ hyene sanguis illinitur.

¶ Ad antidotum cōtra venena. CAP.. IIII.

Antidotum mythridaticū laudāt medici eiusqꝫ diuersas afferūt cōpositiones ⁊ ad cōmēdanda pigmēta ꝑtiosa ꝓpter raritatē ingētes pecunias piscūt. Appētūt nāqꝫ singulas lib. vicenis sextertijs ⁊ īfeliciū crudelitatē vt illis ꝑsuadeāt temere que noceāt. Nāqꝫ alia stomachū ledūt: alia caput aggrauāt: alia pallorē afferūt ⁊ corpis maciē ⁊ ita frequēter accidit vt hi q illoruꝫ antidotis vsi sunt miserius morerent quasi bibissēt venenū. Pōponius āt magnus. Mythridate deuicto in scrinio eius inuenit ipsius manu scriptā cōpositionē qua ipse presumpta aduersus oīa veneficia in totū diē tutū se incolumēqꝫ prestabat: in qua nuces iuglādes .ij. ficus sicce .ij. rute folia .xx. salis granū .j. in vinū ꝯtundunt ⁊ deuorant a ieiuno. ¶ Electrū est auꝝ in quo quīta pars argēti inuenit ex quo si qs vase potatorio vtat insidias veneni vitabit discurrūt enī in eo arcus celestibus similes cū stridore igneo: eoqꝫ modo duplici ratione deprehēdit scelꝰ. Est electrū in auro addita argēti quīta pte: sed hoc tantū prestat quātū illud naturale ergo mōstrauimꝰ quo antidoto venenū nō admittat ex quo vasculo arguat: nūc ⁊ remedia suggeremus. ¶ Cētaurion potū oīa mala medicamēta exigit ꝑ aluū. ¶ Aristolocie radix pondere denarij ex hemina vini bibitur. ¶ Sanguis vero caninus haurit aduersus toxica. ¶ Coagulū anguiū in potione. Vētriculus citonie cū lacte ouiū in cibo dat. ¶ Mustela vulgaris inueterata drachmis binis potat. ¶ Sāguis anetaꝝ pōticaꝝ seruat spissus ⁊ diluit ex vino. ¶ Asini quoqꝫ sanguis potꝰ venena restringit. ¶ Hedi sanguis vtiliter bibitur.

¶ Contra leporē marinū ⁊ pastinacā. CAP. V.

Astruit quidē ⁊ de lepore marino qd cū sit genus piscis mortē inferat in cibo impactā nō subitā. sed que trahat quātū plerīqꝫ existimāt totidē diebꝰ quot is vixit: atqꝫ qui has insidias inciderit ipse suo corpe ostendit veneficium. Habet itaqꝫ odorem piscis: hocqꝫ ꝑiculo liberabit. ¶ Cācris marinis coctis ⁊ in cibo sumptis. ¶ Ostica fricta ⁊ ī cibo sumpta. ¶ Malua quoqꝫ cū sua radice coquit ⁊ succus eius potui dat. ¶ Sanguis anserinus eque cum olei potione ad omuium marinorum ictus coagulum leporis ⁊ hedi vel agni bibitur ex vino cyathis tribus.

¶ Contra murem ⁊ araneam. CAP. VI.

Mus araneus exiguus est vltra modum: lōgo rostello oculoꝝ acie obtusa: ⁊ ideo quātū existimo iners ⁊ huiꝰ natura vt nō possit trāsire orbitā. morbū vō venenatū habꝫ: cui si occurrit coagulū āguiū bibit. ¶ Ungule arietine cinis cū melle imponit. ¶ Ipse mus araneus diuulsus imponit. ¶ Terra quā in orbita rota depressit plage imponitur. ¶ Talpa discerpta imponitur.

¶ Contra phalangium. CAP. VII.

Phalāgius ꝑcipue in leguminibus ⁊ in hortis obseruat. Sed ⁊ araneus ⁊ alia genera bestiolarū mortifera: quoꝝ morsus nō sentiunt sed pruritu intelligat: aduersus que oīa vinū merū bibit. acetū calidū in spōgia ꝙamplissima īponit: ita vt .iij. sexta. habeat aceti. sextātē sulphuris. ¶ Radicis quoqꝫ hedere succus bibit. ¶ Bibit succus ēt moroꝝ de rubo. Gallinacei cerebrum cum piperis exiguo imponuntur. Adduntur in pusce potione fimi pecudum cineres ex aceto.

¶ Cōtra serpētes ⁊ hoīs morsuꝫ. CAP. VIII.

Serpentes ꝑcipitem morsuꝫ inferūt: quos sanare in ꝓmptu est cū ēt ipsos fugare sit facillissimū. Vulturinaꝝ scilicet pēna suffi cij ebuli fumo nidore vsti cornus ceruini. Vipere vero q iecur coctū hauserit negat vnꝙa serpētibus feriri. Erutis ex aceto tritis ꝑūctos non mordēt. Habēteꝫ aūt secū cor vulturis nec serpentes nec fere appetūt. Nūc remedia morsibꝰ subijciemus. Statiuus rafanus ex aq̄ coqt ⁊ tritus plage imponit. Alliū tostū cū testis suis ⁊ tritū ex oleo adijcit. Radix ferule ex vino medet īposita. Farina milij cū pice liqda optīe facit. Eruū tritū ex aceto ⁊ ad serpentiū morsus ⁊ oīuꝫ feraꝝ ⁊ hoīs mirifice facit. ¶ Vinū merū in spōgia īponit. ¶ Mori folia trita recētia: si arida sint ꝯcocta q̄ trita īponūt. ¶ Isopi semē bibit eiꝰ q ꝑcussus est. ¶ Centaurie radix pond. deñ. in tribꝰ cyathis vini bibit. ¶ Bettonica herba trita morsui imponitur. ¶ Agarici obuli quattuor in duobus cyathis aceti mulsi propināt. ¶ Aristologie radix pond deñ. i vini hemina sepiꝰ bibit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

bibitur: ⁊ ipsa ex aceto cõtrita imponit plage. ¶ Fimus pecudis recẽs vino ꝯcoctus ĩponit. ¶ Mus discertus adijcit. ¶ Vipere vero morsui vipere cuiuslibet tritũ ⁊ appositũ caput efficacissime prodest. ¶ Carnibus gallinaceoꝝ discerptoꝝ ita vt tepeãt extrahit venenũ. ¶ Columbarũ cerebrũ ⁊ gallinacei plage ĩponit. ¶ Sal ẽt cũ origão ⁊ ĩsopo ex melle. ¶ Fraxini teneroꝝ solioꝝ succus bibit: ⁊ ipsa super plagã adijciunt. ¶ Nõ omittẽda est ⁊ tyriaca qua Antiochus Rex aduersus oẽs serpẽtes vtebatur: preter aspidẽ: que adeo ꝓbata est expimẽtis vt apud Insulã Coũ in tẽplo Aesculapis incisa sit in lapide: quã sic cõponi oportet. Opoponacis mellis serpilli singuloꝝ drachme trifolij seminis põdus denarij vniꝰ aneti ⁊ feniculi seminis ⁊ appuli atqꝫ apij singulaꝝ. ponð. deñ. semis: erui farie ponð. deñ. xij. hec singula trita ⁊ cribrata deĩde mixta ex vino terũtur ⁊ digerunt in pastillos põderis victoriati deinde in vase vitreo ponunt. deĩde cũ vtẽdi necessitas venerit singuli pastilli dantur ex vini mixti cyathis tribus. ¶ Hominis aũt morsui carnes bubule: sed efficacius vituli imponũtur. neqꝫ ante diẽ quintum soluũtur. sordes etiam ex humanis auribus illiniũtur plage.

¶ Contra aspidem. CAP. IX.

Ad morsum aspidis vnum refugium habebãt priores vt ꝑcussus vrinam suam biberet: inter paucos annos interuẽtum est casu ⁊ alterũ remediuꝫ. Nam is qui vtrẽ plenum aceti ferebat ꝑcussus ab aspide dolorẽ non sensit: donec fatigatus requiescẽdi gratia vtreꝫ deposuit. de quo facto ꝑniciẽ sentire cepit: rursusqꝫ ĩposito desijt vtre. Intellectũqꝫ est ꝙ si acetũ bibisset posset sanari: ⁊ ex eo experimẽto palã factum est hanc potionẽ esse efficacissimã. Si v̇o morsuꝫ aspidis secutus est sanguis nulla de eo qui ꝑcussus fuerit spes salutis est.

¶ Medicine Pliniane liber Quartus De simplicibus.

¶ De rafano. CAP. I.



Rafano calidã esse virtutẽ omniũ medicorũ opĩone cõpertũ est. Sed ⁊ nobis intelligere lꝫ de vsu ipsiꝰ. Cur enĩ mixtus cũ cibis ceteris solus de stõ ructus eijciat: nisi priꝰ concoquit. ¶ Alopitij raptos iniuria capillos cũ melle tritus restituit. ¶ Eiusdẽ succus ẽt grauitatẽ auriũ instillatus emẽdat. ¶ Cõtra venena remedium vnicũ est si a ieiuno sumat. ¶ Cõtra ptyriasim succus eiꝰ adhibet: q põt solus tenuitate subtili adimi corpis liniamẽta coꝛ penetrare. Egiptij enĩ reges qbus erat studiũ scrutari corpa mortuoꝝ ⁊ causas valitudinũ occulta fide recognoscere in corde ipso nasciꝰ eiusmodi vitiũ ꝑdidere. ¶ Semine item rafani cũ melle trito ⁊ sumpto suspiriũ mitigat ⁊ tussis arcet. Solus cũ sale sumptus vẽtris animalia extinguit: venerẽ stimulat ⁊ vrinam: puerperis copiaꝫ lactis acquirit.

¶ De apio. CAP. II.

Apij quoqꝫ calida vis tradita ẽ quã de iudicio lꝫ colligas. Nulla. n. alia res fortius vl' vrine difficultates resoluit: vl' feminaꝝ mẽstru is ĩperat. Vñ mirari necesse ẽ ꝙ a qbusdã ĩperitis adiũcta aque calide febricitãtibus dat: cũ res calida calorato malo addita magis ardorẽ accẽdat. Nisi vl' strictura stõi vl' ꝑclusa relaxãda sunt vt priore ĩ loco causa ponat. vñ etiã ipsa febris exoritur absqꝫ his similibus causis dari in ꝯtrariũ cedunt. ¶ Aqua potata ĩ qua vl' ipsi vel eoꝝ radices ĩcocte sunt: efficaciter pugnat ꝯtra insidias venenoꝝ tyriacis ⁊ antidotis: post amoma post cynnama iã nõ vt vile miscet. ¶ Est anodinos ex apij semine q̃ stõm mũdatione capitis laborantẽ mire tuet: vt Hierax Cappadoro ĩtimo suo retulit ea. ℞. apij seminis. ℥. vj. anisi sex. iusquiami. vj. comarũ apij. vij. que oĩa trita ⁊ cribrata ⁊ cũ aqua subacta in breues pillulas deformant ex qbus vna vel due si febris fuerit aqua resoluta dormitum euntibus ꝓpinantur: quantum potio hec valeat vtinam nulla calamitas coegisset experimẽto meo nouisse.

¶ De ruta. CAP. III.

Rutam valde hominibus salutarẽ testãtur tot antidota medicoꝝ que de eius nomine gloriantur e quibus vnum nõ inutile ponam: reptum in egyptia Jouis Ciuitate Diospoli: atqꝫ adhuc diapeganõ dictũ qð stomachũ excitat digestionẽ accõmodat: aluũ mollit: biles extenuat: vitia pectoris: lateris: iecoris: ac renũ mitigat. ℞. rute viridis. ℥. vj. cymini. vj. piperis. vj. nitri. iij. Cyminum v̇o prius in aqua maceratur. deinde torret ⁊ vniuersa tunsa ⁊ cribrata melli optimo mixta subigunt. ¶ Rutã venenis resistere mustelle docẽt: que cum serpẽtibus dimicat e cibo eius armant. ¶ Docuit ⁊ rex ponticus Mithridates: qui cũ fratris sui timeret insidias rute folia. xx. cum duabus nucibus inglãdibus ⁊ totidẽ carycis admixto salis grano quotidie ieiunus accepit. Nec minorẽ nobis opẽ ⁊ cõtra vitia corporis ꝓstat. Aceto enim ⁊ oleo rosato mixto mirifice dolorẽ capitis auertit ⁊ ĩflationẽ colli. ¶ Itẽ matricis omniumqꝫ interaneoꝝ statim mitigat cum butyro ⁊ oleo decocta ⁊ iniecta. ¶ Ad lũbricos v̇o necãdos vtile ẽ bibisse cui ruta incocta est. ¶ Ignes sacros cũ aceto ⁊ oleo rosaceo ⁊ cerosa tẽperata illico extinguit: datur succus eius ⁊ ante accessionẽ bibẽdus contra febres cum frigore veniẽtes. ¶ Idem instillatus auriculis efficit vt ꝯtingat audire. Stultissime qdã rute vitia dixere ꝙ vẽtrẽ inhibeat: genitale semẽ extinguat: infantes in vtero necet. Facit enim hec nõ ipsa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

sed q virtutis eius obliti nec modū nec tēpus aspiciunt: ⁊ ideo temperare prudētis est: vt ꝺ auxilio nō fiat venenum.

¶ De coriandro. CAP. IIII.

NOn dubitāter coriandro refrigeratrix potestas datur: nō tamē simplex vt prudētissime Galieno videt̃: sed cui quedā portio austeritatis īmixta sit inde ꝙ que dā ex eo vitia curātur que nunꝗ̄ omnino curaret si sola virtute frigida vteretur. Cum melle ⁊ vua passa tritū ⁊ īpositū omnes tumores collectionesqꝫ cōpescit: p̄cipue tamē isto genere medicaminis doloribus testium subuenit̃ succo mali granati ⁊ oleo ī potione p̄mixtum animalia interaneis innata p̄sequit̃. ¶ Semē ex aqua potatum solutionē vētris stringit. Scriptūqꝫ a multis legit̃ tria coriādra grana tertianas excludere ante accessionē si fuerint deuorata. Hisdē quoqꝫ repellēdus efficax est ipsum coriādrū ante solis ortuꝫ ignorāti ceruicali viride subiectum. Mirū est quod Xenocrates tradit: si vnū seminis granū femina biberit vno die mēstrua contineri duo. si duo ⁊ totidem iam diebus quot grana sumpserit.

¶ De malua. CAP. V.

OLympias thebana abortiuas cum adipe anseris genitali p̄ti subiectas. Sexti⁹ niger ⁊ Diascorides stomacho iutiles arbitrant̃. Sed maluā molliēdi dissoluendiqꝫ naturā sortitā esse greco vocabulo licꝫ credas. Nam a potu malasui seu malaches nomē accepit. ¶ Interaneis itēqꝫ brassice p̄sunt in cibo sumpte. ¶ Asseuerāt itē vulnera recētia folijs maluaruꝫ ac salicis simul tritis ad sanitatē vsqꝫ p̄duci. Meli⁹ enī emplastrū ijdē eā addidere. ¶ Malua cū axungia veteri pulcherrime quassaturas fouere. ¶ Radix ēt vnius caulis admota ⁊ ēti pellit dolorē. Eadēqꝫ femori alligata stimulat venerē. Eadēqꝫ nigra lana obuoluta ⁊ alligata māmarū vitia cōcupiscit. Diascorides ⁊ Galien⁹ criminant̃ ī maluis ꝙ corp⁹ minime alāt: sꝫ citato lapsu p̄ meatū vētris erūpāt. Est ⁊ agrestis malua fortioris effectus: quā Galien⁹ alcheā esse ꝯtēdit emplastr̃ mollib⁹ accōmodata: que tū ⁊ plagis recētib⁹ possit subuenire ⁊ vlcerū tabes exiccare: que cuꝫ in p̄sentia esse nō potest in ei⁹ vsuꝫ satiua succedit.

¶ De cucurbita. CAP. VI.

VEteres medici ꝺ cucurbita ita sēsere: vt eā aquā dicerēt coagulatam. Diascorides hūide putat v̄tutis ⁊ frigide idqꝫ ex eo p̄bat: ꝙ ipsa ī cibo sūpta stōm relaxat: bibēdi desideria n̄ excitat: cetera ēt in cucurbita talia vt apte frigide p̄tātis exēpla demōstret. crude ⁊ trite leniunt oēm tumorē. in cibo sumpte molliūt vētrem. Succus eār vt Galien⁹ ait ad cōpescēdū velociter auricule dolorē tepefactus infundit̃. ¶ Idē succus ⁊ dolorem dētiū mitigat si diutius in ore teneat̃: sꝫ ⁊ rosaceo mixtus ⁊ vnctioni corporis admotus febriū restrigit ardores. Eius aride cortices efficaciter post sunt combusta sanare: eteni in cibo redacte eundem quoqꝫ cinerem didicimus ab expertis vulnera ī vetro iam in putredinem versa purgare ⁊ ad cicatricem vsqꝫ perducere. Diascorides ramenta corticis viridis ī cucurbita laudat: earūqꝫ effectus sic tradit. Ptyriasim inquiens infantium cuti imposita depellunt cum polenta podagre estuanti ⁊ ignibus sacris cum panne subueniunt Semini vero sicco illa vis traditur vt in puluerem tunsum ⁊ inspersum ipleat vulnera que cauata sunt ast: quidaꝫ illud in vino bibendum dedere vt solutiones alui fluentis inhiberent. ¶ Viticule etiam cucurbite iam senescētes cū passo ⁊ aceto dissintericis date miro mō saucia intestina componunt.

¶ De atriplice. CAP. VII.

perdicum: faſianoꝛum: auicularum cum roſtro ſub
tili: ouis gallinarum coctis: pꝛeterqnam elixis ⁊ fri-
xis. Item potus eius ſit vinum ſuauis ꝙ haberi po
teſt ſine admixtione aque. Tale autem vinuꝫ eſt na
ture amicabiliſſimum ⁊ maxime vinum album ſub-
tile aromaticum ⁊ ad bibenduꝫ ſuaue: ⁊ eſt de eo de
quo ſanguis ⁊ ſpiritus quaſi nullo medio generat̄.
Ad plenioꝛem doctrinam euacuationis linitione ex
tremitatum ſuccedentis. Cum incidentaliter in ſu-
perioꝛibus tactum ſit de eius accidētibus vnicuiqꝫ
intellectui pauoꝛem inferentibus. Et ſimiliter de eo
rum cura per remotionem cauſe extrinſecus appli-
cate erunt hec conſideranda: videlicet que ⁊ quot
ſint talia accidentia: deinde cum quibus ⁊ qualibus
ea curanda ſunt. Accidentia connumerantur hec: vi
delicet dentium ⁊ gingiuarum doloꝛ: gutturis aſpe Numerꝰ accidētiū ⁊ cura.
ritas ⁊ inflammatio. Flegmatis ex gingiuis ſuper-
flua euacuatio. Fluxus flegmatis ex gingiuis ante
tempus reſtrictio. Flegmatis non in ſuo tempoꝛe a
gingiuis expulſio. Maſticationis cibi difficultatio.
Virtutis debilitatio. Ventris conſtipatio. Coloꝛis
faciei moꝛtificatio. ¶ Pꝛimum itaqꝫ accidens cu-

retur cum succo absinthij ⁊ albumine oui simul mi
xtis. Ex quibus partes inuncte inungantur. Cure-
turqꝫ ex lacte ouino tepido ipsum os colluendo.
¶ Secūdum accidens cum melle rosato: melle sim
plici aqua ordei: aqua lactis. ¶ Tertium accidens
castigetur cum boloar. dissoluto cum succo lanceo
le ⁊ ex isto composito colluatur os ⁊ eo inunguātur
loca inuncta prius: siue teneat in ore frigidam aquā
seu succū solatri ⁊ sic fiet restrictio fluxus. ¶ Quar
tum accidens cum masticatione stafisfragie: siue pta-
sie: hoc est piperine. ¶ Quintum vero accidēs cor-
rigatur cum fomentatione partium que prius fue-
runt inuncte ex rore marino saluia bulitis in aqua.
¶ Sextum accidens cuʒ dieta sorbilli ex bono bro
dio. contusso: stillato. Quibus si admisceant cordia
lia non erit inutile. ¶ Septimū accidens destruat
cum zucharo ros. Buglosato. Boraginato. Cibis
bonis ⁊ cordialibus. Epithimatibus cordialibus el
lectuarijs cordialibus: ⁊ potibus cordialibus.
¶ Octauum vero accidens cum clisteri commu
ni: seu ex brodio pulli cum zucharo ⁊ vitellis ouoꝝ
⁊ sale. Et vtatur zucchharo violato dum adest ven-
tris constipatio cū virtutis debilitate. ¶ Nonuʒ ac
cidens anihiletur cum gumma arabica asungia vrsi
oleo rosato. añ. ⁊ misce. totum cum pauco balsami: ⁊
inungantur manus facies ⁊ tempora: ⁊ tunc redde-
tur color naturalis ⁊ pulcher. Et hec breuiter de cu
ra accidentium dicta sint. Interroganti vero cām.
Unde est ꝙ ex prefato liniendi modo fit ſm pluri-
mum superfluitatū: euacuatio per sputum: licet in-
terdum per secessum. sudorem ⁊ vrine fluxū. Di-
catur quod: existente non raro materia huius egri-
tudinis a predominio flegmatica. Natura sagax re-
gionem euacuationi flegmatis: ⁊ maxime a capite de
scendentis: ⁊ similiter humoris cursu flegmatis ex-
pulsi si quis fuerit hanc non rebellem. videlicet per
sputum immo sibi solitam ⁊ familiarem comperta
est: Siue dicatur linitionem predictam sui proprie
tate occulta dentibus ⁊ gingiuis nocere ⁊ ea debili-
tate. Quare parte debilitata fit in ea aggregatio su-
perfluitatum egritudinem apostemosam constituen
tium partim per viam defluxus: partim per viam cō
gestionis. Cuius egritudinis apostemose materia
coniuncta in aliquibus calore naturali calori extra-
neo predominante suppuratur. In nonnullis calo-
re extraneo calori proprio predominante corrumpi
tur. Et sic quicquid ab ea corruptione tangit simi-
liter corrumpit. Quare facta in eo loco solutione
continui ⁊ porta ex exitura siue putrefactione: debi-
litate adhuc procedente (vt res exigit) fit inde per
sputū ratione hac superfluitatū expulsio: ⁊ sic earuʒ
euacuatio. Miror etenim in casu si ita est ex hac so
lutione vlcerosa flegma non alteratum euacuari.
Assignata interroganti hac causa. Nūc autem de-
scribenda erit ea (linimenti ex intentione nostra cō-
solati descriptio). Quo inunctis extremitatibꝰ est
omnium membrorū principalium corroboratiuum
membrorumqꝫ illis deseruientium confortatiuum:
necnon membrorum: quibus applicatur vigoratiuū
spiritus ⁊ anime dillatatiuum: cunctarum virtutum
sed expulsiue maxime omnium membrorum ad ex-
pellendum nocitiua incitatiuum: superfluitatuʒ pec
cantiuʒ continue ⁊ successiue die noctuqꝫ donec cor
pus reddit mundum vnica regione siue pluribus
eductiuum. ℞. laridi ex intentione nostra preparati.
℥. vj. Mercurij terrestris in naturam celicole cōuer
si. ℥. iij. misce ⁊ fiat vnguentū in mortario lapideo si-
ue ligneo per diem integram conterendo ita ꝙ mini
ma pars vnius simplicis contangat minimam partē
alterius. Forma vna vnguenti mercurialis substan-
tie tenentis medium inter molle ⁊ durum. Quod
per me cerotuʒ mercuriale denominatur. Cuius of
ficium ⁊ operatio erit membrum cui applicatur per
maxime vigorare. Et cunctas virtutes principaliter
membri lesi: ⁊ secundario membrorum cui tale mē
brum alligatur irritare digestiuam ⁊ expulsiuam pre
ceteris. Quod vnguentum administranduʒ erit ho
ra prima qua ad infirmum perueneris. Extenso su-
per petia vna cappacitatis magne: ita ꝙ comprehen-
dat notabiliter de parte sana membri vlcerati ipsum
vlcus ambiente. Repleto vlcere prius lichinijs fal-
dellis emplastratis vnguento de quo infra. Quo
continuandum erit donec locus penitus consoli-
datus fuerit. Cuius descriptio talis est. Recipe li
nimenti suprascripti. onc. iij. mercurij celicole onc.
ij. cere. onc. ij. s. terbentine onc. s. Alteratur linimen-
tum suprascriptum cum mercurio celicola in mor-
tario ligneo cum pistello suo eodem modo quo su-
pra. Deinde dissolutis insimul cera ⁊ terbentina
in cazola ad ignem lentuʒ ⁊ ab igne depositis ⁊ qua
si infrigidatis detur linimentum mercurio suprascri
pto admixtum illius infundendo partem post par-
tem. Forma vna vnguenti mercurialis quo lichi-
nia ⁊ saldelle emplastrentur. Cuius officium ⁊ ope
ratio erit vlcus a suis proprijs superfluitatibus
emundare ⁊ subsequenter non primaria sui inten-
tione: sed secundaria carnem generare. Recipe la
ridi ex intentione nostra primaria preparati onc.
vj. mercurij terrestris. onc. iij. alluminis rochini vsti
dragme. vj. corticum thuris puluerizati drag. iij. mi
sce. Sint ista connumeranda satis de vnguentis ⁊
cerrotarijs que vlceribus appropriata sunt. Et licet
quāplura dicta incidentaliter tamen in de vnguen-
tis mercurialibus visa sint. Uere id non absqꝫ ra
tione factum arbitrandum est. Cum nonnulli ad
pauca respicientes afferant curationē verā ⁊ ratio-
ne comprobatam iam dictoꝝ malignorum vlcerum
vnguentis mercurialibus minime fieri posse. Nec
ea vnguēta in humano corpore canonice administra
ri debere. Qua de re vt ꝑfata ⁊ alia clariꝰ dillucidēt.
¶ Querēdū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

¶ Querẽdũ erit ⁊ primo vtrũ vnguẽta mercurialia ꝓcuranda dispositiõe iã dicta: ⁊ alijs in humano corpe administrari habeãt. Pro q̃ dicẽdũ ꝙ sic cuꝫ Galie. Aui. Mesue ceteriqꝫ talibus vsi fuerit. Indiesqꝫ cõis medicoꝝ cetus vtaꝛ ẽt. ⁊ hoc inũctis pulsibꝰ ꝓcurãda scabie. Et si dicaꝛ ꝙ si in ꝯpositione vnguẽtoꝝ ꝓcucurãda scabie Mercuriꝰ nõ ĩgrediꝛ neqꝫ administraꝛ in tãta dosi queãdmodũ administraꝛ in vnguẽtis ꝓ curãdis vlceribꝰ p̃fatis in qbus dosis Mercurij satis adaucta ẽ. Dicẽdũ ꝙ sicut nõ est ꝓportio eq̃lis inter scabiẽ ⁊. hãc egritudinẽ vlcerosaꝫ cũ hec egritudo sit seua. ⁊ vltima ⁊ mali modi sic nõ dꝫ esse eq̃lis ꝓportio Mercurij in vnguento ꝙ administraꝛ ad scabiẽ ⁊ in vnguẽto ꝙ administraꝛ ad iã dictã egritudinẽ. Ultimã qdẽ seu fortis egritudo fortibꝰ seu vltimis indiget adiutorijs ꝓ sui cura.

¶ Queraꝛ secundo vnde est ꝙ vnguẽta mercurialia curãt scabiẽ ⁊ p̃habitã egritudinẽ. inũctis pulsibus tãtũmodo. Dicẽdũ ꝙ curãt scabiẽ ⁊ prehabitã egritudinẽ euacuãdo mãꝫ añcedẽtẽ eoꝝ sicuti dr̃ a maioribꝰ nr̃is d̃ vnguẽto expto ad scabiẽ ipsiꝰ Mes.

¶ Queraꝛ tertio propter quid est ⁊ vnde hoc accidat ex talibꝰ vnguẽtis talis auacuatio fieri eo mõ quo diciꝛ. Dicẽdũ ꝙ irritãdo sua q̃litate expulsiuaꝫ mẽbroꝝ pricipaliũ fit talis euacuatio. Inunguntur n. ꝑtes valde ⁊ summe pricipalibꝰ allegate. neruis artherijs ⁊ venis magnis mediantibꝰ. Sicuti diciꝛ de vnguẽto arthanite Mesue ꝙ expulsiuã intestinorũ stimulãdo ⁊ irritãdo euacuat.

¶ Queraꝛ q̃rto vtꝝ linimẽto iã dcõ q̃cũqꝫ egritudo d̃ repletione curari posset. Cũ ꝑ nos tot ⁊ tãta d̃ eiꝰ virtute ⁊ opatõe dcã sint. Dicẽdũ ꝙ sic dũmõ virtꝰ sit fortis ⁊ egritudo nõ acuta: nec cũ malis accñtibꝰ ĩ aliq̃ tẽpore sui paroxismi cõplicata. Et hoc iõ cũ d̃ facili infirmus in tẽpore infestationis accidẽtiũ ⁊ in pricipio paroxismoꝝ deficere posset. Natura a tot ⁊ tãtis ĩfestata. C Nonne vnusquisqꝫ magis se vno inimico notabiliꝛ ⁊ ledẽte põt se d̃fendeꝛ q̃ꝫ a pluribꝰ).

¶ Queraꝛ quĩto vtrũ mẽbra pricipalia ex tali linitiõe ledanꝛ. Dicẽdũ ꝙ nõ ledũꝛ lesiõe q̃ nõ corrigi ac rectificari possit. Cũ cã possit abscĩdi ⁊ remoueri qꝛ se tenẽs ab extrĩseco. Necnõ cũ possint applicari ꝑ intus ⁊ extra pricipalia mẽbra vigorãtia ⁊ cõfortãtia. Et adhuc nã a supfluitatibꝰ exonerata nõ deficit postea in necessarijs qꝛ maxĩe in vigoratiõe pricipaliũ. Et sicuti dictũ est remisse ledũt. Cũ mercurij q̃litas satis sit refracta ⁊ cõsolata. Si qs diligẽtissime ꝯpositionẽ nostrã inspexerit. Uti diciꝛ d̃ scamonea inde ellectuario succi ro. colloquintida elleboro agarico turbith inde alijs.

¶ Queraꝛ sexto vtꝝ tale medicamẽ venẽositate ꝑticipet. Dicendum ꝙ sic refracta: tamen.

¶ Queraꝛ septimo. Unde est ꝙ a talibꝰ vlcerationibꝰ absoluti post aliq̃d tẽpus: vt puta ꝑ annũ de nouo ĩ vlceratiões incurrũt. Dicẽdũ ꝙ nõ obseruato debito regimine in sex rebꝰ nõ nãlibus: multiplicatisqꝫ supfluitatibꝰ: ⁊ supuenieẽte. Iteꝝ cã ab extrĩseco tales iteꝝ in vlceratiões incurrũt: sicuti accidit ĩ alijs egritudinibꝰ ꝑticularibꝰ: qꝛ pleuresi. Et vniuersalibꝰ qꝛ febre. Cognitum enim est experimento talẽ morbum forte contagiosum.

¶ Queraꝛ octauo: vnde ẽ ꝙ ĩ aliqbꝰ casibꝰ curatio reddiꝛ mẽdosa: nam illa vlcera videnꝛ q̃si exccari ⁊ in breui tꝑe rescindi. Dicẽdũ ꝙ ꝯtingit: ex his vꝫ ꝙ nõ fcã fuit euacuatio ꝯpleta ⁊ sufficiẽs: sed ĩcõpleta ⁊ diminuta: qꝛ diminuta fcã fuit illinitio. Seu ꝙ forte ĩfirmus exposuit se frigido aeri in tꝑe euacuationis: vnde: mãe añcedẽtes obturatis porositatibꝰ ⁊ cõstipatis nõ potuerũt exalare ⁊ expirare: qꝛ delegate ad locũ debilem fuerunt in causa rescindationis.

¶ Queraꝛ nono vtrũ adiueniãꝛ alia medicamina similẽ q̃litatẽ habẽtia ita ꝙ ex eoꝝ aproximatione ad mẽbra inducãt talẽ euacuationẽ. Dicẽdũ ꝙ sic: non tñ a nã p̃fati medicaminis denudata valde. vt suffumigia q̃dã quoꝝ administratio vsitata culpari poterit ⁊ cãm cõsidera ptrãseũt egdẽ subtiliata sba ĩgredientium suffimigij compositionem ĩmediate super principalia ⁊ eis deseruientia.

¶ Queraꝛ decimo vtrũ vnguẽtis mercurialibꝰ eo mõ q̃ diciꝛ vtẽdũ sit. ꝯstitutũ. n. est ꝙ nullo mõ talia vnguẽta suꝑ pricipalibꝰ applicãda sint: ⁊ cũ irritãdo nãm mẽbroꝝ pricipaliũ. irritatio talis nõ possit fieri nisi virtus ipsiꝰ cadat sup pricipalia ea igiꝛ nõ eis eo mõ vtẽdũ est. Dicẽdũ ꝙ si cadũt suꝑ mẽbra pricipalia. remisse tñ cadũt extremis ꝑtibus inũctis: ⁊ sic virtus eorum ad principalia remisse accedit.

¶ Queraꝛ vndecimo vtrũ sit euacuãduꝫ repẽte ⁊ multe queãdmoduꝫ faciũt vnguẽta mercurialia: vt q̃ꝫplures v̾bo vno asseruere. Talis. n. euacuatio fallax est ⁊ nãe inimica. Paulatina v̾o certa ⁊ vera. Dicẽdũ ꝙ talis euacuatio nõ est repẽtina: qꝛ nõ ẽ fallax nec nãe inimica. Fit. n. talis euacuatio actiõe nãe potẽtiã in mãm habẽtis vt supponitur ⁊ nõ medicine. Si namqꝫ fieret actione medicine tunc repentina ⁊ multa euacuatio esset fallax ⁊ nature inimica.

¶ Queraꝛ duodecĩo vtrũ huius egritudinis vlcerose ⁊ maxĩe cũ dolore vigilia cõplicate negligenda seu differẽda sit curatio. Dicẽdũ ꝙ nõ. Nã dolore infestãte vigiliaqꝫ: ⁊ egritudĩe (vt cõꝑtũ ẽ) cõtagiosa existẽte. Indies totũ corpꝰ corrupta: maligna seu venenosa: ⁊ ad euacuationẽ ĩobediẽte supflua mã ĩficiꝛ hũores exacuũt. Innãlis siccitas adduciꝛ. Et sic totũ corpꝰ dissolutũ ⁊ ꝯsũptũ reddiꝛ. Hec ⁊ q̃ꝫtula ⁊ q̃liacũqꝫ sint ꝓ virili nostri vires ĩgenioli: vt nostroꝝ desiderio scolasticoꝝ satisfaceremus edidere. qbꝰ si hec haud ingr̃ta fore cognouerimꝰ lꝫ credimꝰ ꝓ iunioribꝰ vtilia: nos ad maiora celis fauẽtibꝰ accingemur. Uale medicoꝝ decus ac mi optime fautor.

Finis.

¶ Explicit Liber de vnguentis Angeli Bologni ni medicine doctoris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

¶ Alexandri Benedicti Veronēsis Physici con
sumatissimi de pestilēti febre Liber feliciter incipit.

¶ De diffinitiōe pestilētie ac vulgi metu. CAP. I.

Iximus de his febrib⁹
in putride ma
terie gn̄e quas acutas simplr̄ voca
uimus: nūc trāseūdū ē ad id febris
genus acutissimū: q̄ pestilentie ca
su euenit subitoq̄ȝ plurimos rapit
vario affectuuȝ euētu: quibusdam bubones siue in-
guina ī nascunt: vel pustule minute liuētes: vel que
cutē veluti sugillatiōe: conuariāt seuiēte flāma: iter-
dū laxato p̄missoq̄ȝ calore medicos securos facit: ac
deinde hoīem necat magna vulgi trepidatiōe q̄ t̄pe
q̄sq̄ȝ anxi⁹ sibi timet. alios vehemēti⁹ turbat met⁹: ⁊
in seuā īpietatē transfert oīs clemētia a parētibus fi
lios sepi⁹ desertos ꝯ pietatis atq̄ȝ sanguinis iura vi
dimus. de fratrib⁹ vxoribusq̄ȝ īnumera exēpla sunt
ne cōtagione labefierēt in qua formidine arti medi-
ce fere locus nō est pauciq̄ȝ sunt ex medicis nostris
ac potius nulli q̄ visere hm̄oi egros audeāt. Audi-
uimusq̄ȝ quosdam antidotis suis eo t̄pe male tutos
fuisse alios vero sola audatia (nō semp̄ enī laudat
secura temeritas) in cura rapine gratia p̄seuerasse.

Temeritas secura non semp̄ laudatur.

Dira ⁊ .n. qn̄q̄ȝ res ē diuinoq̄ȝ fato mortalib⁹ ob me
rita nr̄a: vel principū noxa celo dimissa q̄ subito ca-
su vrbes ꝓuinciasq̄ȝ vn̄ epidimia vr̄ appellata inua
dit ceca incerta inconstans vaga inexorabilis sine le
ge fures: q̄scūq̄ȝ inuenit obuios rapit nullo nobilita
tis plebisue discrimine ab oriente deniq̄ȝ vsq̄ȝ ad oc
cidētē plagā repētina pestis cūcta inficit. Et nobilis
simas q̄sq̄ȝ vrbes exhaurit regionesq̄ȝ potētissimas
⁊ regna subuertit vestigiaq̄ȝ prioris habit⁹ in totum
aufert. Ad aīalia quoq̄ȝ ea lues arboresq̄ȝ q̄ nos si-
deratione astrouolismon greci vocāt transit nā ⁊ ter
re fruges arborū fruct⁹ piscesq̄ȝ mortiferi inueniunt
elemētis tabefactis exitiali syderū Saturni ⁊ martis
coitu in sede Virginis aut Geminoꝝ lune solisq̄ȝ
defectu ceterisq̄ȝ circūstantijs adiectis syderū disci
pline notis de quib⁹ ī p̄fatiōe dixim⁹. Utinam hoc
āno qualiacūq̄ȝ fuerint astroꝝ ꝓgnostica irrita ⁊ va-
na fiāt. Hoc malū miserabile mortalib⁹. Ita euenit
subito vt plurimi sine febre inter domesticas aut fo-
rēses actiōes vel publica negocia. x. horaꝝ spatio q̄-
dā. xx. sine vrīe pulsusq̄ȝ venaꝝ certo signo, in tēplis
in via in publicis officijs ex insperato rapiant. Ita
miserā humane superbie ambitionē ostēdit seua p̄-
nities. vt hō īterdū letus iucūdus ac securus leui tē
poris momēto statī cadat. Hanc in primis violentiā
Deus optimus pientissimusq̄ȝ auertat in qua neq̄ȝ
fuga neq̄ȝ peregrinatiōe etiam longa quisq̄ȝ tutus eē
pōt. Sed supplicatiōib⁹ votis ac expiationibus dun
taxat locus est quibus rite pestilentiā repercutimus
vel submouemus. vel aliquando diseribus. Gale-
nus refert auctore Thucydide ī libris quos de affe
ctibus inscribit. Oēs q̄ ex athenaꝝ illa famosissima
pestilētia euasere obliuionē cepisse, ⁊ amicoꝝ ⁊ parē
tū ⁊ quosdā sui noīs alios oculos amisisse alios ma
nus. nō vllos ipsa verenda. alios limphaticos p̄ vr-
bē ob errasse. qd̄ nisi ex magna corporis iniuria fieri
nō pōt. Scim⁹ quosdā vespillonū manib⁹ ad tumu
los tractos semiuiuos. alios ex nobilibus q̄bus aīa
adhuc in cordis latibulis delitescebat in sepulchris
cōditos fuisse. Una ex magnis matronis hoc mō se
pulta paulo post visa ē mortua tū q̄ sedēs ⁊ emota lo
co īter cadauera reuixerat. euulse come dilaniatūq̄ȝ
vngue pect⁹ maiori īditio fuere. Heu q̄tiēs viua in
ter mortuos ne q̄cq̄ȝ sup̄os īuocauit. Nō ē p̄p̄ea fa
cile īter tā p̄iculosa ⁊ īgētia mala nō desip̄e. hic d̄ ce
teris pestilētie cāis ꝯcisa q̄dā rōne dicē incipiamus.

Astrouolismon.

¶ De pestilentie causis. CAP. II.

Huius mali varie sunt cāe vt diligentio
res physici tradidere. Aeris. n. intēpies
vi quadā venenata regiones. ⁊ celi tra-
ctus īgētes īfestat sydeꝝ errātiū tabifi-
co īfluxu: q̄ nobis circūfusus p̄ respira-
tionē cordis vitalia letaliter subit alij ēt p̄ cutis mea-
tus cui sp̄ūs sanguisq̄ȝ cōmoti ꝓtin⁹ accurrūt q̄bus
infectis febris exinde pestifera oboritur. Prelio quo
q̄ȝ sanguinolēto strageq̄ȝ facta numerosissima sp̄ūs
exicialis (vt Gale. scribit) regionib⁹ ꝓpinqs pesti-
lētiā inducit. Cōstatq̄ȝ aphricā īsigni quodā pestilē
tia debilitatā fuisse: quā locuste inumerabiles im-
merse mari ⁊ ad litus reiecte putrido vapore excita
rūt. Post itē magnos terraꝝ motus pestilentia sepe
orta ē diro ī ꝓfundo latēte vapore: q̄ pigritia: lōgo si
tu: ⁊ eterna nocte torpescebat hūc postea purū aerē
liquidūq̄ȝ infecit: ac polluit vn̄ nouas febres attulit
paucisq̄ȝ notas. Quales venetijs olī fuere q̄b⁹ gra-
uide: oēs abortū fecere q̄ mox eodē āno peste prime
interiere. Ex stagnis quoq̄ȝ sceuos vapores exhalan
tib⁹ aer corrūpit q̄ late exinde suū vitiū spargit. In
fodiēdisq̄ȝ puteis sulfuris qn̄q̄ȝ vena: aut bituminis
rep̄ta: sp̄ūs noxij pestis anhelitū emittūt ⁊ occupatis
stati narib⁹ extorquēt aīas nisi q̄s fuge velocitate si-
bi succurrat: qd̄ ⁊ ī metaloꝝ cuniculis cōtigit. Qui-
dā ⁊ vni⁹ dracōis ānhelitu fieri posse arbitrāt: q̄
fabulosuȝ reor. Preter has cās aer quoq̄ȝ ex se suis
q̄litatib⁹ adiectis male afficit. Uū Paulus eginita ī
ter medicos auctor egregius oēs q̄litates ī aere no-
xias īueniri posse affirmat: q̄b⁹ hūana h̄itudo ī hūc
morbū ꝓlabi pōt. Caliditas vō addita exundāti hu
miditate: q̄ ⁊ elemēti qn̄q̄ȝ corruptā substātiā seq̄t
ceteris q̄litatibus nocentior est: ⁊ febres pestilentes
affert: pustulas minutas siue varos: quas Epincty-
das nōnulli vocāt a nocte dicte in qua maxīe proue
niūt ⁊ boam papulas ardentes eam in pueris exan-
thematis gn̄ali noīe greci appellāt .i. cū tument ac
cēso rubore corp̄a morbillos q̄dā vocat. Inguinū p̄
terea alaꝝ fauciū auriūq̄ȝ abscessus variasq̄ȝ ī mēbris
īflāmatiōes

Galenus. Thucidides.

Galenus.

Paulus.

Epinyctides.

Exanthema.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

ĩflãmatões exiciales ĩducit aliaq3 morboꝝ gnã. Pe
stilentia qñq3 apud nos hyemis seuis frigoribus vt
egyptijs summis feruoribus ⁊ ceteris oriẽtis popu-
lis resoluit̃. Ita.n.repcutitur aeris vis terra. Sicci
tas ĩterdũ nimia pestilẽtie cã fuit: qua celestis aq̃ nõ
mõ deffuit: s3 terra quoq3 siccior reddita ẽ vnde pe
rẽnes ãnes defecerũt: strages siti pecoꝝ moriẽtiũ vi
sa ẽ: vulgatiq3 attactu hoĩes ĩuaser̃ morbi: ⁊ pˀio agre
stes: seruitiaq3: mox vrbes ĩpleuerũt. Et gallica pari
mõ castra Liuio teste ꝑ cadaueribꝰ cremãdis ab in
cẽdijs torrida ⁊ vaporis plena pestilentia correpta
sũt. Aque itẽ pestilẽtes q̃ ĩ abdito latẽt ⁊ quas vsus
nõ exercẽt: aut nũq̃ aera liberior v̇berat. Crasse ita-
q3 graui caligĩe sempiternaq3 nocte pestifeꝝ ĩ se cor
poribꝰ nr̃is h3 venenũ. Idq3 vitiũ magis atq3 magis
ĩguescit mora: q̄ cũ exit regiõis nr̃e aera ĩfuscat. Vi
cunt̃.n. meliora peioribus. Annei senece sñia vnde
mõstruosa morboꝝ gñã: ⁊ nouis orta causis: nec priꝰ
ea pestilẽtia desinit: q̃3 spiritũ illũ grauẽ exerceat la-
xitas celi vẽtorũq3 iactatio. Et publica p̃terea fame
pestilẽtia sepe orit̃: q̃ ꝯtagiõe adeo ĩterdũ sensi3 ĩcre
scit: celi mala q̃litate sese subscribẽte: vt sepe syderi-
bꝰ a plebisq3 cã ascribat̃. Pestilẽtia plurimũ vltĩa
estate ꝯ̃bitur celi tenuitate ita disponẽte q̃ tñ citius
remittit violẽtiã. E diuerso crassiꝰ celũ initio resistit
tardiusq3 inficit̃: ĩfectũ v̇o diutiꝰ vitiũ retinetq3 mul
taꝝ reꝝ exẽplo ꝯfirmat̃ in sũma igit̃ celi circũfusi ma
le q̃litates humana corpa nõ dissimilis nãe facile cor
ripiũt: febresq3 pestilẽtes inferũt: q̃ ab humore nomẽ
accipiũt alie sanguinee: alie colerice: alie melãcholi-
ce phlegmaticeq3 dicunt̃: he postreme raro eueniũt
ob id astroꝝ petiti febres sanguĩeas: aliqñ colericas
aliq̃bus ãnis predicãt astroꝝ rõne ita demonstrãte.

¶ Qua rõne humana corpa inficiant̃. CAP. III.

Quattuor causas sapiẽtes ꝯsiderauer̃ actio
ni cuiꝰ necessarias: agẽtis legitĩas vires pa
tiẽtis dispositionẽ: ꝓpinq̃tatẽ vtriusq3 ac
morã q̃ respectu alia alijs minꝰ afficiunt̃
corpa. Et si recõdita vi sydeꝝ vel aeris quoq3 circũ
fusi s̃ba tabefacta pestilẽtia oium seuissima affuerit.
Qua rõne nõnulli subito cõcidũt aliq̃ indies ꝑtra
hunt̃ aliq̃ cõualescũt ⁊ si pauci reperiant̃ in tãta pe
stilẽtie reputatiõe pari mõ ⁊ q̃ ꝑ pestilẽtes tractꝰ trã
seunt vel cõtagione offendunt̃ inuenti tñ sunt etate
nr̃a q̃ extrema senecte rapti sunt q̃ prius iuuenes in
maximis pestilẽtijs tuti fuer̃. Varie.n. cause sunt ex
q̃bus varij effectus ꝑueniũt. Mirũq3 vestimẽta la-
nea p̃serti hãc pestẽ diu ꝯseruat̃. Audiui patris mei
etate in veneta vrbe culcitrã pestilẽtie tp̃e suspectã
in ĩteriores domus ptes cuiusdã patricij eiectã ac
post septimũ ãnũ req̃sitã quã materfamilias discuti
iussit longo.n. situ in abdito loco virtus vehemẽtiꝰ
ꝯ̃xerat quo serui ꝑmus subita peste correpti sunt.
Constatq3 plebẽ ac seruitia hisce malis magis ei se
obnoxia rõne physicis manifesta cõtagionẽq3 exĩde
exortã q̃ maxima nobilitatis pars sublata est. nec plu
res lintres ex publico d̃creto vnq̃ d̃crete sunt ad ca
dauera deferẽda q̃3 eo tempore in quo nec sepellien
di fere modus nec sepulture locus erat.

¶ Qui magis pestilẽtie virus sentiũt. CAP. IIII.

Causas breuiter cõplexi sumus q̃bus cõ
munis siue vniuersalis morbꝰ populos
⁊ regiones exicialiter euertit. at nunc cor
porũ varietates sexus etatesq3 dicemus
que hac tabe magis minusue periclitari solent. De
anni tẽporibus supra memorauimus. Corpora igit̃
que integra sunt disparisq3 cũ aeris natura ꝓprieta-
tis queq3 recta3 victus rationẽ obseruarũt. Cibo po
tu. venere. somno exercitatiõe ⁊ his similibꝰ (vt Ga
lenus demõstrat) in pestilẽtia tutiora sunt in q̃bus
humores ꝯputrescere nesciũt, preserti3 si excremen
ticij corporis exitus meatusq3 adaperti sunt. His op
posita collectio est per se nota. Culpata scilicet cor-
pora nimiũ humida vel similis cũ celo corrupto na-
ture opilata luxuriãtis gule ociosa. lasse veneris. ma
le tẽperature queq3 humecta sunt q̃ttianis balneis re
pẽte eo morbo corripiunt̃. Que rursus non ĩtegra
sunt sed aeris corrupti q̃litati ꝯ̃ria nãm hñt minꝰ cõ
flictant̃ sanguinea ẽt robusta ⁊ q̃ colerica dicunt̃ cu
tis laxioris cũ plurimũ pestilẽti febre magis infestãt̃
q̃3 q̃ phlegmatica ac melãcholica dicũt̃ noxio pre-
serti3 celo viris magisq̃3 feminis aliqñ id malũ cõtin
git qñq3 e diuerso colerici itẽ ac melãcholici pestife
ro celi tractu minꝰ afficiunt̃ minus.n. humoris vter
q3 minusq3 melãcholicꝰ preter caliditatis hñt: atq3
his ĩ primis duriora sicccioraq3 mẽbra sunt: q̄ ⁊ sene
ctuti ꝯtingit: q̃ ob id hmõi cadauera atq3 egros ĩpu-
ne attractare vident̃ ⁊ si meatuũ angustie Gale. teste
plurimũ obsint. Pestilẽtes.n. febres opilatiõe quã
ẽphraxi greci vocãt q̃ sanguinis ⁊ alioꝝ humoꝝ ebu
litionẽ excitat citius ꝑueniũt. Densa igit̃ corpa eã ob
cãm deteriꝰ se hñt q̃bus meatuũ laxitas remedio est
q̃ vis tabifica ex p̃cordijs exhalare solet sed inter ce
tera hoc mirũ est aĩalia nõnulla cũ hoĩe eadẽ tabe:
q̃ ex astris euenerit corripi quedã nõ attingi. Cõta-
gia quoq3 ad alteꝝ genus trãseũt qñq3 nõ ꝓcedunt
nec vires ampliãt diuersitate nãe ita fetẽte peculia-
ris.n. rebꝰ ꝓprietas est veneni viribꝰ ꝯ̃ria a celo ⁊ a
prĩcipio genitali discordia repugnãte hãc antipha-
thiã greci vocãt. Ex eodẽ vero gñe faciliꝰ ꝯtaminã
tur solo ꝯ̃ctu vbi habitudĩes ñ dissimiles sũt. Sym
pathiam hanc appellauere hoc est concordiam ⁊ cõ
simile3 in rebus naturã hinc ad auguria trãseamus.

¶ De presagijs siue prognosticis future pestilentie.
CAP. V.

Pestilentiã arguũt in primis quas supra
memorauimꝰ cause lune solisq3 princi-
paliũ in orbe sydeꝝ defectio vel quorũ
dã pestifer coitus aut malignus stella-
rũ aspectꝰ. Comete itẽ ardẽtes vel lã-
padas in celo alijs fixis stellis subscribẽtibꝰ faces ⁊
iacula ardẽtia lõgiori limite bolides aut ipsius celi

Galenus

Galenus

Emphraxis.

Antipathia.

Sympathia.

Hiatᵒ casma. Hiatᵒ ꝙ casma vocāt aut sidera veluti cadētia ⁊ alia hmōi celi monstra q̄ significare tm̄ futura existimant a plerisq̃z. Nec celestia semꝑ signa stati minas exercēt s; ānū totū vel sequētē iterdū suspectū faciūt. Caligines quoq̃z frequētes crasseq̃z maiorē pestilētiā ꝑdicunt quas euro notus vel auster (**Aristo.** vt Aristoteles tradit) cogit nec sol postea discutit quo diuturniores eo magis suspecte sunt. Ver item frigidum ac siccum estate calida: ac humida subsequente aut nimiū pluuiosa teste **Hippoc.** Hippocrate: siccitas quoq̃z āni īmoderata qua perennes fluuij deficiunt hoc maluz minat. Carbunculi item (**Gal.** vt Gale. scribit boa: variq̃z qui infantiam infestent frequentiores idem denūciant. Siq̃z diei interdum mira: ac spectabilis serenitas quam repentina caligo occupet aut sol ipse caliginosus cum quodā tepido vapore oriri cernatur Nā ⁊ animalia sua ꝓgnostica faciunt inter insecta: ⁊ immunda pulices cimices: musce ⁊ alia hmōi tedia que supra moduz apparent. Rane quoq̃z quas **Scincoide rane.** scincoidas vocāt nūerosiores ꝙ̄ par sit aut locusta enata purificā materiam vberius indicante natura: aut alia que intra viscera terre degūt si cubilia sponte deserunt: ex imis terre partibᵒ id malū oriri sentientia: vaticinatione nature sepe ꝓbata. Oues eadez de cā que molliores sunt nature **Anneus. Seneca.** Annei Senece verbis: ⁊ q: propiora terris ferūt capita flatus diri aeris circa ipsam humum statim excipiunt qui si maior exit hominibus quoq̃z est exicialis sed illum interdum copia aeris sinceri cohibet anteq̄ꝫ vt ab homine possit trahi surgat. Et auicule pari modo celi tractu corrupto inchoatos in nido pullos destituūt veridica pestilentie prediuinatione. Canes quandoq̃z seua rabie acti pestem portendunt qui **Homerᵒ** homero teste cum alijs nōnullis aīalibᵒ prius pestilētia corripiūt que postea ad hoīes trāsit. Hec diximᵒ vt ēt ī doctū vulgus sua hēat signa qbᵒ sidera ī celo errātia suspicē minus lz. Hic ad obseruatiōes pestilētie transeamus.

Obseruationes in pestilentia. CAP. VI.

Atalis igit pestilētia: que celestiū sideꝝ ꝓgnosticis: ac his q̄ est elemētis sunt: indicat diuina plerūq̃z vl ciscēdi vindicta mortalibus ob merita demittit: ⁊ a sūmo deo suspēsa qn̄q̃z relinquit ob preces admotas votaq̃z suscepta qbus salus publica regionibus multis restituta ē. Hec pria sint nobis ꝑsidia qbus nulla ꝑsentior medicina hr: id sepius viderunt maiores nostri inter religiōis christiane exēpla admirabilia. Deinde hō cū securᵒ eē nō pōt ꝑegrinari primū atq̃z longius ire vel nauigare dz versus ꝑcipue aquilonē septētrioneue: vbi id nō lz saluberrima celi ꝑsoris deligēda ē. q̄ in septētrionez specter: aut in occidentē oriētemue vel in cōtrariā ingruētis pestilentie ꝑtē vbi maxia sit salubritas. quā ex incolaꝝ ēt robore deprehendimus si fauces bibētiū pure sunt: si oculi ⁊ caput integrū est. si in pulmonibus aut thorace nulla est, aut rara causatio Locus quo altior est quoq̃z magis ꝑfl atilis eo salubrior: existimat: nisi pestilentia aeris vitio fuerit vt qbusdā plz valles ob id vitāde sunt: paludes quoq̃z damnant ex qbᵒ noxiuz virus estiuis caloribᵒ eructat ⁊ natricū serpentiūq̃z pestis hyberna destituta vligīe ceno: ⁊ fermētata colluuie venena emittunt ex quibᵒ ceci morbi ꝯtrahūtur quorū causas minus perspicere queunt physici nr̄i. In ꝯtagionis suspitiōe circa itineꝝ occulta domus ruri querenda ē ne amicis notisq̃z ꝑtereūtibus diuertēdi sit periculosa occasio. Sepulchroꝝ vicinitas cauernosaq̃z loca vitāda sunt. Loco igit salubri equitare gestare ambulare sub dioleniter añ estū lz: vitare tn̄ fatigationē cruditatē frigus calorē lunā libidinemq̃z opz. Eam regionem salluberrimā eē cōstat: que per ānū prius libera facta sit pestilētia. Tū limpidus sincerusq̃z aer redditus ē minusq̃z ceteris obnoxius hr. Vitāda sunt ⁊ loca in qbus plurime ficus nucesq̃z cōsite sunt vel vbi linū spartū canabis ī aq̄ macerāt (malos. n. vapores emitūt: ꝑ fertū vbi vē ti nō spirāt. Sz qd iā domi fieri dēat oībᵒ fere momentis videndū est. vbi pestilētie suspitio esset: vbi magistratu vel aliquo publico officio discedenduz nō esset aut valitudine cōiugis aut filioꝝ. aut alteriᵒ rei rōne ad hmōi igit auxilia ꝯfugiēdū ē. Si hiems ē cōclauis aerem his comendamus odoramētis: q̄ calida sunt vt muscᵒ nux syriaca macer siue machir eius puluinatus ⁊ foliaceus calix sub quo inutile ⁊ nigrū ligneū putamen est. gariophyllū storax laudanū thus myrra thymiama hebenū acoꝝ iuncuz quadratū crocū bdeliū ocimuz maiorana spica origanū calamintha pulegium inter prestantissima cassia est a Galeno plinioq̃z auctoribus diligentissimis celebrata quā cassiam fistulam ab antiquissimis auctoribus appellari video: vnde natus est error quo posteriores quam egyptiam cassiam fistulaz falso vocant ex his quedaz sunt inuentu facilia ⁊ plebi accōmodata ac his quibus diuitias inuidit fortuna. Igni vero superimponūtur neq̃z superstitiosa quidem medicina laurus iuniperus cedrus rosmarinū vel similia odorata ligna ⁊ fructices. Estate vero cubiculorum gratiaz custodiunt mala cydonia siue cotonea pira vel reliqua mala odorata mala medica ⁊ eorum flores foliaq̃z rosa. viola: nymphea. omphacium. cucumis vel cucurbita myrtus acetum. Camphora aqua rosacea violacea ⁊ que ex floribus mali citrei fit ex furnibulo sic enim liceat appellari nouū inuentum seris item folia sonchi dictami vitis folia passim conspersa. At ignis mirra vis est in oī tempore qui in pestilentia que solis luneq̃z deliquio cōtrahitur suffitu multiformiter mane ipso auxiliatur: ac ris enim virus siquid est discutit ac fugat. Hippocrate ⁊ paulo eginita demonstrātibus: ꝙ obseruari sepe iussimus. Acetū preterea ꝑ se cubilibᵒ aspersuz viz malā aufert rosacea mixta efficaciᵒ. De mixturis aliqua qbᵒ cubiculi aerem cōmendamus hyeme ꝑfertiz subiūgemᵒ. Ea ex his ꝯstāt thuris masculi thymiamatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

miamatis ſingloꝝ drachmis.ij.maſticis iuniperi bac
caꝝ ſeſq drachma.Gariophyloꝝ ligno aloes.℈.iiij.
ex ladano puriſſimo aquaq̃ꝫ citreaginis oīa in orbi-
culos dirigerūt:q carbonib⁹ iniecti nidorē pſtāt effi
caciſſimū.Alia ꝯpoſitio huic ꝯtraria ex refrigeranti-
bus fit in quo roſaꝝ ru.℈.ij.nymphee:labruſce.ʒ.co
riandri violaꝝ bacchaꝝ myrti:maſticis:corraloꝝ om
niū.℈.j.rubrice armeniace rubrice lemnie.ʒ.cāpho-
re.ʒ.iiij.īponunt̄ ⁊ ex roſacea orbiculi ꝯficiuntur:⁊
ad vſus ſeruant̄.Jn hac tanta diligētia cauēdū ē in
ter cetera:ne qs ex familiarib⁹ loca adeat ſuſpecta:ni
ſi allio prius ꝯmāducato:epotoq̃ꝫ vino meraciuſcu
lo.Alij dari ſuadent plebeiā antidotū ex nucibus in
glādibus:ruta:fico ſicca:addita ſalis mica. Suſpe-
ctos a ꝓpinquo ⁊ a vēto alloqui periculoſuꝫ eſt.ea
enim veneni vis vēto in corpa deferri haud dubiuꝫ
eſt.Jn qua item obſeruatōe cauendū eſt:ne canes:
cati:felleſue.aut aliud animal:ꝑ ſuſpectas domos ꝑ
uagari poſſint:deferunt.n.plerūq̃ꝫ a vicinis peſtilen
tiā Publica ſana:ac cetus oēs cauēdi ſunt.Si qua
diei hora Deū placare in aīo eſt:priuata edicula:aut
altare cōmode vti ō bes:ꝙ adire libere ⁊ tuto poſ-
ſis.Vitā liberalē ducere op⁹ eſt:ſtudijs īterdū vaca-
re ⁊ iocis nihil ō peſtilētia cogitare vtile ē.Sepe ve
ſtimēta mutare aut ſuffitu vel igne malā vim arcet̄.
Cōtra peſtilētes tract⁹ a priſcis laſſer ꝑ dies aſſume
bat̄ vel aron in cibis ⁊ myrrhis.Lauri itē folio trito
olfactoq̃ꝫ eadē ꝯtagia ꝓhibebāt miri effect⁹ ēt ſi cō
burat̄.Alia itē ſunt q̄ inter cōpoſitōes magnas vires
habent:q̄lia ſunt Coralliū ⁊ margarite ex gēmis car
būculis.hyacinthus.ſmaragdus.ſaphyrus ⁊ his ſi-
milia hn̄t.n.officine gēmas viliores īformes inequa
les cauas.glatie.aut nubeculis maculoſas a māgo-
nibus neglectas q̄ in farinā ꝯterunt̄ ad nobilitatis
vſus:ex ijs trochiſci ſiue paſtilli fiūt:ad medicinaꝫ.
Antidotis quoq̃ꝫ īponunt̄ veluti theriace vel mi-
thridatice cōpoſitiōi diamuſcho ꝯdito roſato bu-
gloſſato violato vel potōibus matutinis gēmaꝝ pul
ueres bibunt̄ oboli.ꝑ.maiori vtilitate ꝙꝫ que matro
naꝝ digitos pingūt mira.n.potētia cor recreāt exhil
larāt vires tuent̄ ⁊ veneni vim abigūt de cōpoſitōe
ſuo dicemus loco.Hoc tpe pilā manu geſtare odo
ratā que ex calidis ſicciſq̃ꝫ odorib⁹ cōſtat hyeme ꝓ-
ſertim ad maximā tutelā facit.vnguētis etas noſtra
nō vtit̄ alioqui in omni genere luxurie antiquitatis — Zibethū.
emula que zibethū animalis cati magnitudīe ex cre — Muſc⁹.
mēticiū ex naturalib⁹ hꝫ humorē ac Muſcū ſuaui⁹
ſpirātē illud ex ꝓximo nares acrius ferit ⁊ ex quo
plus eſt muſco tn̄ charius cōparat̄ ⁊ enī odorē qui — Pomuꝫ
gerit ipſe nō ſentit Pila ex his cōſtat.Ladani ꝙꝫ pu
riſſimi vncia ſtyracis calami odorati carpobalſami
amomi nardi ſpice omniū.ʒ.iij. gariophillorū nucis
aſſyrie odorate xiloaloes caſſie omniū.℈.ij.muſci ele
cti obolis.ij.ſigillatim conteri mox oīa in mortario
eneo tudicula candente cogi debent quiſquis tam
eſt odor potentiſſimus nouiſſime addit̄ īpēdio nō
parcentes zibethū opobalſamū malobathrū ꝙ foliū — Molobathrū foliū
vocāt addunt hec pro facultatū portione.Plebs la
dano:thure myrrha amaraco.pulegio:ac croco ꝯtē
ta ſit:eo quo diximus mō.Altera eſt pila que maxi- — Pomuꝫ ri.f
mis cōuenit feruoribus que hoc mō fit:roſarū ru.
violarumq̃ꝫ farine ſinguloꝝ drachma nymphee flo
ris.ʒ.j.ʒ.Corallioꝝ rubrice lemnie.ʒ.ij.enantis:ſuc-
cini omniū ſemidrachma omnia trita ꝑ cribrum ſe-
cernas: nouiſſime camphore ſemidrachma . muſci
obolus addi dꝫ.ladani ⁊ terebinthine quantū ſatis
ſit ad coagēda omnia addita aceti ſtilla:ſuſpecto ꝓte
rea tpe ſcabies alioq īportuna īpetigineſq̃ꝫ vel arti-
cularis morb⁹ ſecuritatē afferūt:qbus ſanguis repur
gat̄.Cōſtatq̃ꝫ hāc ob cām a phyſicis ſepi⁹ ꝓdici ſo-
lere:ſcabioſi tunicam intimā ꝓcio ſibi quiſq̃ꝫ mutare
debere:⁊ ſcabiē nō abolere:qui īfeſtat̄ : veꝝ malos
humores emēdare.neq̃ꝫ vnguine vti:ſed ſanguineꝫ
ſi īmodicus eſt ꝓrinus:dimittere non eā tamē ſca-
biē laudauerim que infanda vlteris putredine ſer-
pit pruritu intolerabili qua corpa vngue dilaniant̄.
Hippocratis teſtimonio.Si quē inguē aut carbun — Hippo.
culus ex familiaribus tentauerit que reprimant aut
diſcutiāt materiā vitāda ſunt:imo cucurbita ſi op⁹
eſt materia ide extrahat̄:⁊ ex iecoraria vena ſanguis
dimittat̄.Tumēt tn̄ inguina quādoq̃ꝫ verēdoꝝ vlce
rib⁹ que nullā morbi ſuſpitionē afferūt ſi febris non
eſt.Sed q2 aeris mētio facta eſt.⁊ cubicula multifa
riā ab aere peſtifero repurgari docuim⁹:pari rōne.
Diuinus Hippo.plures Ciuitates liberas fecit : q̄ — Hippo.i
peſtilentia ex ſolis luneq̃ꝫ defectu laborabāt: crebris — reb⁹ igni
ignibus ꝑ vicos ac.Circa vrbē diſpoſitis : quo ſe- — bus loca
pius facto ciues ab ea labe liberauit.idē auctor me- — plura li-
morie ꝓdidit occludi oportere portas feneſtraſq̃ꝫ : — berauit a
ac meatus omnes:verſus eā regionis ꝑtem vergē- — peſte.
tes:vnde flatus peſtilētes ſpirare viderētur:immiſ-
ſo feneſtris nouis aqlone ⁊ abſtructis peſtilētib⁹ ia-
nuaq̃ꝫ ꝑmutata atq̃ꝫ ita oēs incolumes fieri.Exēplū
vnū nō ꝓtermittā etate nr̄a memorādū:ꝙ rōne phy
ſica cōfirmat̄.Quidā mercator cretēſis nobilis no
bis narauit cū ī taurica regiōe negociaret̄:⁊ ſeuiſſi-
ma peſtis orta eēt aeris vitio:quo finis moriēdi nō
erat:ī ea ſumā hoīm ſtrage a ſe medicū viſuꝫ loci ei⁹
nicolā nā ſarmate ea loca tenēt.q canes oēs īterem-
ptos paſſim ꝑ vias perq̃ꝫ vicos oēs abijci iuſſit:qui
diſtēti.⁊ putridi tetro odore celū īpleuerūt:quo re
medio ſtatī ciuitas ſanitati reſtituta ē : ⁊ ſarmatas id
remediū factitare ſolitos.putreſcētes.n.canes aeris
naturā īmutarūt:q̄ hominib⁹ dūtaxat exitialis erat.
Jta.n.diſſimilitudo facit:⁊ reꝝ diſcordia:nā venenū
veneno īterdū debellat̄ ꝙ etiā zoar quidā inter po — Zoar.
ſteriores phyſicos affirmat:vt ſtatim dicemus.

¶ De victus ratione. CAP. VII.

Et hec ſūt obſeruatōes q̄ ad aerem ꝑti-
nere vident̄:nunc que ad victū attinent
exeq̄mur.Panis igit̄ ex tritico mundo — Panis
a quo ⁊ Gale.incipere ſolet:nō ſuſpecto fieri debꝫ — Galenus

aqua collect⁹ ꝙ purissima:furno coct⁹ ꝓuato lignis
nõ vitiatis:neqꝫ dãnatis.ea supsticiosa aliq putabũt
in his.n.maxia vis ẽ:ꝙ oli expimento cognitũ est bal
neo putridis lignis calefacto:multis itereptis. Hye
Vinum. me vero ⁊ his q crudi sunt vinũ cretẽse vel falernũ
Gal. maxime a Gal.laudat:aut rheticũ:austerũ pꝛĩa men
sa assumi dꝫ deinde mediocris potẽtie:estate clarũ
suaue nullaꝝ ferme viriũ. Veteres ꝓbabant iter q̊s
Celsus alternis diebus inuicẽ mõ aquã:mõ vinum
bibẽdũ ex posterioꝛib⁹ medicis nõnulli i totũ a mẽ
sa arcẽt. Veteres absyntie salutare in oĩ pestilẽtia ha
Cibi. bebãt. De cibis:vt ab his q̃ ad primã mẽsaꝫ veniũt
exoꝛdiat.lactuca ex aceto cõuenit:q oleũ addunt ma
gis gule ꝙ sˀtõ ꝯsulunt: Seris:cichoꝛiũ emedullarũ
coctũ magis ꝙ crudũ ꝓdest:diffcilis.n.concoctõis
est:poꝛtulaca:acetosa herba inter ceteras peculiaris
Sõchos. in pestilẽtia medicine nõ minoꝛi gloꝛia habetur Sõ
chos ꝙ scariolã punici vocant ⁊ ꝙ pimpinellaꝫ vul
gus nominat hyeme vero ruta saluia mẽta pulegiũ
ambꝛotanũ artemisie buglossum isopũ apium serpil
lũ mellissophyllũ sansucus betonica.kalendula. Di
ctamũ.⁊ capares mali medici floꝛes qui odoꝛe ⁊ vi
ribus ceteris pꝛestant. Suauioꝛes in italia ꝙ in oꝛiẽ
te. Quidã mali medici carnẽ tessellatim concidunt
cum coꝛtice ad hos vsus ꝙ nisi firmis sˀtõ dari non
suaserim. Secunda mensa lens sola inter legumina
Gal. pꝛobatur alioquin a Galeno damnata sed coꝛtex de
mitur primaqꝫ aqua in coquendo diffunditur hye
me ciceris ius omnium consensu laudat. Siserem
⁊ pastinacam emedullatas laudauerim ⁊ ꝙ Gallicã
vocamus greci a coloꝛe glaucum vulgus careotaꝫ
dictitat. Tosta.n.ex aceto addito aromatis momen
Lupus salictarius. to comendatur vel in pꝛima mensa inule itẽ radix as
paragus estate lupulus quem lupum salictariũ pꝛi
radicula. sci vocabat. Pꝛodest ⁊ q̃ spãlius radicula appellat
herbarij rahphanidaꝫ vocant gustu sinapi pꝛoximã
At carnis vsus moderatus esse debet in hoc enim
casu victus athleticus damnatur abstinentia iuuat
hoc est nõ nisi ꝙ opoꝛtet satietas enim ac fames pe
riculosa sunt nec nisi intemperantes hoĩes pestilen
Caro. tia cõficit. Tẽpestiua igit abstinẽtia ⁊ tpe ⁊ modo ⁊
oꝛdine habenda est. Caro igitur optimi temperamẽ
ti esse debet assa magisꝙ elixa qualis est vituli lactẽ
tis apri capꝛeoli hedi lepoꝛis.pulli gallinacei. Ver
uecis anniculi cuius ⁊ vituli pedes ex aceto pꝛeferũ
Gal. tur in vitula ac feminino hedo adenes mamarũ lau
Oua. dantur Galeno teste oua soꝛbilia pꝛima mensa con
Gal. ueniunt pꝛuna icocta vel ex vue acerbe succo. Ca
po ꝑdix lepus attagen.vt Gal.tradit fasianus meru
Gal. la turdus biduo macerat⁹ aceto auicule oẽs turtu
res ac palũbes. Cõturnicẽ vero anserẽ lagopũ q ci
Pisces. to marcescit ⁊ ãnatẽ dãnaueri ⁊ earũ pullos q̊s Ga
Lupus. le.inpꝛimis ꝑter alas coarguit. Quidã aceti acrimo
Aeris belona. niã passa minuta vel passo admixto cohiẽt frigidita
tẽqꝫ cinamomo tempant. Ex piscib⁹ ꝓcerũ lupũ lau
dam⁹ tũ marinũ tũ fluuiatilẽ eiusdẽ.n.sunt noĩs atqꝫ
similitudinis:veꝝ marino ꝑcipue suauitas lõgũ rostrũ
nullis spinis iter cursantib⁹:belonẽ siue acũ vulgo
ãgusicula dicit mullũ barba isignitũ:⁊ marinũ ⁊ flu
Labrax Variol⁹. uiatilẽ.auratam:labꝛax vo quẽ variolũ vulg⁹ vocat
maxie laudat in hoc genere ⁊ trutã fluuiatilẽ ob si
Galenus militudinẽ posuerim. Mugiles pelagicos ꝯmẽda
uit Gal. Oẽs pariter pisces:q carnis cãdoꝛe:⁊ sua
uitate ceteris a gula ꝑferunt.eo tpe laudant. Si ex
aqua fuerint nõ dãnata qualis salmo ẽ in aqtania oĩ
bus marinis ꝑlatus:⁊ carpio in benaco lacu nr̃o om
niũ laudatissimus lõbꝛicos itẽ fluuiatiles oĩbus ꝑtu
lerim sed qa raro capiunt qui librã excedãt:raritas
laudẽ ademit.optimi.n.sunt succi vulgus lampetrã
vocitat. Pisces oẽs ex aceto tosti in craticula pꝛimi
meriti sunt scđi vo gelu ꝑstricti habent. Saxatiles
Capitones. oẽs a nostris medicis maxie ꝓbant iter quos a ma
gnitudine capitis foꝛo iuliẽses nostri capitones vo
Pagurus. cant. Secũdi meriti sunt q in harena nascunt pisces
oẽs. Leuioꝛes pelagici vt quos paguros vocãt.reli
Pinguia. qua ꝑtermttim⁹:nã medicinã hoc i loco nõ Ganea
Lacticinia rũ culinã tractam⁹. Oleosa ꝑterea:ac piguia oĩa vi
tãda sunt.ac lactis oĩa genera. Quidã oxygala dari
cẽsura.sꝫ sˀtõi rõ habẽda ẽ:aliogn facile ꝯputrescit.i
Fructus vltĩa mẽsa ex fructib⁹ oẽs q in sˀtõ haud difficulter
vitiãtur:cauẽdi sunt.q̃lia sũt mala armeniaca:cerasa
moꝛa:cucumeres oĩo dãnãt: melopepones quoqꝫ
Sacharum nisi ꝑstãtes sint:ac i pꝛĩa mẽsa:pomaqꝫ:q̃ melimella
dicũt:ac pira fragilia ꝓbãtur tosta ꝑserti sacharoqꝫ
ꝯtrito supiniecto id ꝑscis delitijs vix notũ fuit:nũc
plebi vel rusticis familiare.ꝑsica ex vino austero vti
liter ꝯmãducãt a mẽsa pisciũ nuces iuglãdes si mo
dus ẽ vtiles sũt.amygdale i aq̃ isuse:pistacia nuces
pinee.coꝛiãdrũqꝫ sacharo ꝯfecta vel ex ijs discussis
tunicis ex passa amygdale suauit comedũt. Citrea
Moreta Oxypora mala ⁊ eoꝝ gñã vtilia sũt.nã ⁊ ciboꝝ cupiditatẽ affe
rũt. Moreta sine oxypoꝛa idẽ ꝑstãt ex aceto aspero
vel vue acerbe succo ex his hoꝛtẽsib⁹ q̃ supꝛa ꝯme
moꝛaui vel mali granati suauit acris vĩo.hyeme sina
pi ꝯtẽt⁹ eẽ dꝫ. Quidã oꝛis suauitatẽ ꝯmẽdãt semie
citreo ꝯmãducato ꝙ ⁊ aeris pestiferi noxiã abigit.
Si quotidie estur:hyeme cinamomũ ꝫiꝫiber.cardo
momũ garyophylũ nux assyria:ac macer cũ dictamo
Species coꝛallio:croco:additis ceruini coꝛnu ramẽtis ꝯtrita
n.⁊ cribꝛata. Specꝝ nomẽ ab auctoꝛib⁹ soꝛtiunt.⁊ in
edullijs cibarijsqꝫ oĩb⁹ vtiliter inspargunt:i reliq̃ vi
ctus ꝯsuetudine:ꝙ minimũ mutare debemus.

¶ De somno ac exercitatione. CAP. VIII.

Hoc tpe mane surgẽdum nõ ẽ.neqꝫ pe
dib⁹ nudis ãbulandũ:tẽpestatesqꝫ va
rias varijs vestimẽtis obseruãde:ne fri
goꝛe:aut nimio estu fatigẽt coꝛpa:eodẽ
sepe die vẽtoꝝ cã mõ frig⁹ sentimus mõ estu laboꝛa
mus. Sõnũ meridianũ ꝑsce posterioꝛesqꝫ medioꝝ
scbole dãnauẽ iusuetis maxie ⁊ pestilẽtie tpe.absti
nẽtiã laudauẽ:mõ plus cibi mõ min⁹ assumi suadet
Paulus egineta Paulus eginita isqꝫ mõ calid⁹ mõ frigidus eẽ dꝫ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

Interdũ ⁊ exiccãtis nature idē ⁊ de aere arbitrabaꝛ Etas quoqꝫ nostra repletionē siue crapulã vitãdaꝫ suadet: famē nimiã: sitim fluxũ. vomitꝰ. ac venerem: cruditatē quoqꝫ letalē putat. Balnea. fatigatōes: sudoresqꝫ minime tuta sũt: eo tpe arcu. fabulis. iocis leui lectōe liberalibusqꝫ ludis animũ recreare iuuat. frictōes corpis Gal. vbi opus sit: laudat leues tristiciãqꝫ si qd aduelisi euenit leuare opꝫ ⁊ animi merorē pellere. nihil de pestilētia cogitare. Plurimũ eniꝫ refert acri intētione aliquid animo volutare.

¶ Potiones ⁊ alia auxilia in pestilentie tempore.

CAP. IX.

¶ Amphora italica mēsura est pedis quadrati octo ⁊ quadraginta cōtinēs sextarios: festo Prisciano ⁊ Paulo quam nonnulli ex nostris quadrantal greci Keramiō vt dixim⁹ italicū vocāt. Arabes duruch vł dorach italicū ⁊ nōnūq; alduruch vel aldorach italicū qđ idē est apđ illos: hʒ aūt pōdere: duas ⁊ septuaginta libras olei: vini vel aque octoginta mellis vero centū octo. ¶ Hui⁹ dimidiū vrnā dicim⁹. ¶ Partē octauā cōgiū. ¶ Quartā ⁊ vigesimā Dorach vel duruch arabicū. ¶ Octauā ⁊ quadragesimā sextariū. ¶ Sextā ⁊ nonagesimā Mistrū magnum cōe. ¶ Tricētesimā quartā ⁊ octogesimā oxibaffuʒ vel accetabulū. ¶ Quingētesimā sextā ⁊ septuagenaʒ ciatū. ¶ Millenā cētenam secūdā ⁊ qnquagenam Mistrū cōe paruū. ¶ Millenā septingētenā octauā ⁊ vigenā coclear maximū. ¶ Ter millenā quadringētenā. sextāq; ⁊ qnquagenā coclear magnum. ¶ Sexties millenā nonnigētena duodenamq; coclear paruū. ¶ Tresdecies millenā octingētenam quartāq; ⁊ vigenā coclear minimū qđ qdē vltimuʒ in diuisione drachmā mediā pōdere ꝯtinet. ¶ Amphora vͦ attica tres vrnas ꝯtinet. Attica pterea discenda est amphora nobis. Seu cadus hanc facies nostre si adieceris vrnā. āphora italica duas capit vrnas attica vͦ tres ex Prisciano que ⁊ cadus ⁊ metreta dicit̃. Qđ aūt amphora italica keramion italicum Duruch vel dorach italicum idē sint re lʒ nomine differāt grecoꝝ atq; arabū medicoꝝ cū nostris de mēsuris ꝯcordia facile mōstrat. Septīo qdē practice paulus Keramiō italicuʒ hʒ choas octo: choa xesteʒ sex. xestes aūt idē qđ sextarius italicus vt ostēdem⁹: octies aūt sex. octo ⁊ quadraginta pducūt: ergo totideʒ ꝯtinet sextarios apud grecos Keramion quot apud nostros āphora ꝓpter qđ vnā ⁊ eādem mēsurā dicēdam amphorā ⁊ keramion: soloq; nomine inter se dissimilia. Eodē mō apud Serapionē breuiarij septīo. Duruch italicum hʒ chaus octo: chaus vnum est sex acsati. Sed acsati idē qđ sextarius: quare duruch italicum apud Serapionē octo ⁊ quadraginta sextarios hʒ: ⁊ ꝯsequēter idē est. qđ amphora re italica vel Keramion italicū: ⁊ ꝯsimilit̃ deduci pōt dorach italicū apud principem eādem esse mensurā que āphora vel keramion italicuʒ aut quadrātal. Aduertēdum tñ nō temere dictū dorach italicum. Dorach. n. vel duruch absolute platuʒ nō amphorā italicā significat. sed libraꝝ tuum pondus tñ: sicuti canone qnto princeps ⁊ breuiarij septimo serapio exposuere in qua significatōe eoꝝ vterq; posuit cum absinthiacū oleū descrpsere: fundat̃ inqt serapio ex oleo sissamino in piridē dorach vnū. herbe absinthii vncie due. princeps. ℞. olei sissamini daurach vnum absinthij vncias duas ꝙuis in quibusdā exēplaribus corrupte legat̃ Danich vnum. Hoc autem ex haly abbatis ꝯcordia ostendit̃: qui mēas duas ex oleo sissamino sumēdas scripsit. i. libras tres ⁊ absinthij vncias duas. eiusdem olei descriptione.

¶ Cap. v.

¶ Urna est medietas italice amphore: sed attice ps est tertia: excedit enim attica āphora que ⁊ cadus vt scripsit Priscian⁹ ⁊ metreta dr̃ vt ignotus grec⁹ amphorā nostram p vrnam vnā: hāc facies nostre si adieceris vrnā scripsit Priscianus in vͦbo amphora.

¶ Cap. vj.

¶ Chus vel cōgius amphore ps est octaua sextarios ꝯtinens sex: cotilas siue eminas duodecim. pondere vͦ, libras hʒ nouē olei: vini vel aque decē. Mellis tresdecim semis. Hanc mensurā nostri cōgium prisciano teste. Ac cotilas quas si placeat dixisse licebit eminas: geminas recepit sextarius vnus. qui quater assumptus fit graio noīe choenix. Adde duos. chus fit vulgo q est ꝯgius idē. A quo sextarij nomē fecisse priores crediderī: ꝙ eos capiat sex cōgi⁹ vn⁹ Greci chus vel choā vocitāt testibus galeno ignoto greco: ac dioscoride Arabes interdū chaus vt serapio interdū iohem vt princeps hoc qđ ita sit eoꝝ de mensuraꝝ expositōe ꝯcordia mōstrat. Choa inqt Paulus octaua ps keramij. hʒ xestes sex: xestes autē cotilas duas erit itaq; choa idem qđ ꝯgius: Xestes idem qđ sextarius: idemq; iudiciū de chaus ⁊ iohē: cū chaus pars octaua sit duruch italici apud serapionē. Johem vͦ octaua dorach italici apud principē: ⁊ eoꝝ vtrūq; acsati sex apud illos obtineat. apparet apud serapionē chaus: apud principē iohē eādem importare mēsurā: illā. s. que a nostris cōgius. a grecis chus vel choa dicit̃: que libras nouē capit olei vt dixim⁹. ⁊ ex ꝯcordia serapionis ac dioscoridis ca. de resina cōuincit̃ vbi enī dioscorides choā serapio nouem scripsit libras.

¶ Cap. vij.

¶ Missobaos ex ꝯcordia Serapiōis ⁊ dioscoridis de modo aromatizādi: adipē cap. de pinguedine ⁊ adipe est mēsura ꝯgij medietatem capiēs. ℞. inquit Serapio ollā nouā terreā. capientē circa libras triginta: ⁊ pone in ea adipem: ⁊ sup hoc vinum missobaos. Dioscori. ce choos imisu inu. hoc est cōgium mediū: libras. s. qnq; est enī choa vini libre decem.

¶ Cap. viij.

¶ Sextarius italicus. est mensura: que cōgij ps est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

sexta.cotilas aut eminas duas ꝯtinens.ciatos duo-
decim.vnde Priscianus.sextarij ciatus ps est: que
est vncia libre sicut enim libra duodecim ꝯtinet vn-
cias:ita sextarius duodecim ciatos.sed si emina vt
scripsit Simon ciatos nouē habuerit:cū ipsa sit sex-
tarij medietas ciatos decē octo sextarius cōtinebit:
qd̄ veritati non videt̄ quadrare.Habet aūt sextari⁹
italicus pōdere.olei quidē vncias decemocto.vini
vel aque viginti.mellis septē ⁊ viginti.Roman⁹ v̊o
vt apud oribasium legit̄.⁊ paulus testat̄:olei vigin-
ti capit vncias:vini vel aque duas ⁊ viginti paulo
plus:mellis triginta.Sextariū romanū . Serapio ⁊
princeps Kist romanū vocitāt:⁊ sextarium italicū
Kist similiter.

¶ Cap.ix.

¶ Sextarius Atticus:habet olei vncias quindecim
vini vel aque ⁊ mellis ſm ꝓportionem superius ex
plicatā:huius tractatus capitulo primo.

¶ Capl'm de sextario varie simc nis expōnes.

¶ De Sextario licet multa simon noster dixerit ni-
hil tamē determinatū dixisse videt̄:vnde sciri certe
possit:ꝑ qua mēsura vel pōdere:medicoꝝ comēta-
rijs accipiēdus sit.in emine nāqꝫ expositione.emina
inqt dicta est eo ꝙ sextarij sit medietas.continet au-
tem ciatos nouē teste alexādro:de lacte dissenteri-
cis dādo.Est aūt vt dixit ſm Jsido.mensura liqui-
doꝝ apprehendēs libram vnam.ſm vero Serapio
nem ⁊ Aui.⁊ Cāpanū:qui reduxit pōdera que po-
nūt hi duo ad granā:est vndecim millia qngenta vi-
ginti:⁊ ipsa est sextaria q̄draginta.Sed emina roma
na.est vnciaꝝ viginti.Jtalica ⁊ egiptia vnciaꝝ sexde
cim.Sextarius est vigesima ps libre:in expositōe ve
ro sextarij.sextarius inquit pōdus est drachmas sex
habēs ⁊ semis.vt apud Aui.in fine de ponderibus.
ſm vero libros antiquoꝝ:est nomē mēsure: ⁊ habet
libras duas ſm antiquos.⁊ alibi duas ⁊ semis.alibi
duas ⁊ vncias octo:olei librā vnā:mellis tres . Se-
cūdum Jsido.sextarius libraꝝ duaꝝ est.in fine au-
ctore Papia sextarius est sextula pendens scripu-
los quattuor sic dictus.ꝙ sit sexta ps vncie:qd̄ idem
est qd̄ aureus.Hec Simon:ex quib⁹ videt̄ eūdem
maxime ambiguū fuisse:quid sextarius:quidue emi
na apud medicos deberet intelligi.Nā si sextari⁹ est
mensura:cuius medietas est emina:⁊ emina libram
pendet.vt auctore Jsido.scripsit Simon quo pacto
sextarius est libre ps vigesima cū duas ipse capiat li
bras.Jtē si vndecim millia qngenta ⁊ viginti grana
in que resoluit̄ emina teste Cāpano:viginti ꝓducūt
vncias:qūo emina vnā tm̄ habebit librā:cum supra
librā duos addat ipsa triētes:q̄ vncias octo:quo ēt
pacto sextarij medietas appellari merito poterit: q̄
eodē maior esse videat̄.Sciendū sextariū alit̄ apud
arabes:aliter apud nostros accipiendū.Apud illos
enim pōderis nomē est semūciā denotās vt i de pō
deribus tractatu scd̄o diximus.Apud nostros mē-
surā significat:que congij ps est sexta:quā greci xe-
stem:arabes acsati ⁊ kist vocāt:quo vocabulo i hac
significatione frequētissime vtunt̄.illo autē acsati.s.
ꝑ quam rarissime.qd̄ ego legerim.Septima namqꝫ
quarti de linimētis canitiē ꝓhibentibus scripsit pri
ceps:olei onsancini acsat tres.Rasis.xxv.continētis
olei onsancini rotulos quattuor descriptōe eadem:
videt̄ legendum quattuor semis:acsat enī tres idest
sextarij olei.vncias quattuor ⁊ qnquaginta capiunt.
rotuli v̊o quattuor:octo ⁊ quadraginta tantū.Jn de
scriptione quoqꝫ ꝯfectionis anacardine. canone .v.
acsati legit̄ tria q̄uis in qbusdam exemplarib⁹ corru
pte legat̄ ascleti.Sera.v̊o acseit scripsit.Haliabbas
cados tres ⁊ exposuit cadum ꝯtinere vncias decem
octo.Rarissime itaqꝫ legimus acsati frequentissime
v̊o kist.canone scd̄o de cucumere asinino in mēbro
rum nutrimēti arcola.Qn̄ decoquit̄ radicis eius li
bra media cū duob⁹ kist vini scripsit princeps Sera
pio similiter de simplicib⁹ ca.eodē.accipiat̄ de radi-
ce eius libra media ⁊ terat̄ cum duobus kist vini.
Dioscorides in greco exemplari tis rizis lauōta im
litrō metadijn zeston malis ta libycō lijnin in latino
Selibra radicis eius in vini xestis bullita duabus.
Ecce quod Dioscori. xestē. arabes kist vocauere.
Corruptus v̊o videt̄ qui sequit̄ tā Serapionis q̄
principis textus locis allegatis.s.⁊ dentur omni die
tres onolossat in potu de decoctione eius radicis:
quoniā minima esset potionis quātitas tres onolos
sat q̄ drachma media tantum cum onolossat obo-
lum significet.sex autem oboli faciunt drachmā vt
preostēdimus.tractatus secundi ca.j.⁊ cap.obolus.
Dioscorides etiā vbi supra non obolos tres:sꝫ cia
tos tres dari de decoctione iussit.in exemplari gre-
co didone ecton tyn cyatis y.Ciati autem tres semi
cotilā faciunt vncias.s.quattuor ⁊ semis.¶ Seli-
bra radicis eius inquit dioscorides in latino xestis
bullita duabus trita ⁊ accepta ciatis tribus per tri-
duum ydropicis humores ventris spargit. confir-
mat hoc Rasis.Continē.xxiij.ca.Dci.de cucume-
re silr asinino:q decoctionis antedicte vncias quat-
tuor semis dādas scribit.Jtaqꝫ apud Serapionem
⁊ principē castigāda est littera:vt non onolossat tres
sed ciati tres scribant̄.Qm̄ vero hec quasi digrediē
tes diximus redeamus vnde digressi sum⁹:vt ostē-
damus apud arabes Kist frequētissime scribi:ꝑ eo
qd̄ nos sextarium.greci xestem scribūt.quartadeci-
ma tertij tractatu quarto de cura asclitis in medici-
na de squilla:quā a paulo ad litterā princeps acce-
pit.Decoquātur inquit squille libre due in Kist vi
ni tribus,Paulus practice.iij.ca.xlviij.cura eadem.
Et hoc inquit est valde bonum.interioris squille li
bre due:in vini austeri xestis tribus. item. xxij. ter-
tij Tractatu.ij.de epithimatib⁹ ⁊ emplastris ad scia
ticā.℞.picis humide ⁊c̄.⁊ paulopost staphisagrie
Kist vnū:⁊ est cotile due inquit princeps Galenus
quoqꝫ.vij.miemir: descriptiōe diacodion ſm men-
tē ꝓpriā mihi autem inquit experientiā habenti de
ꝑdictis

p̄dictis cōstructiōibus: visa est esse melior: illa in qua
ꝓ quolibet xeste vno aque: ponūtur codie decem:
sicut scripsit criton. Alexāder galeni verba: quasi ad
litterā referens mitte inquit in sextario vno aque: pa
pauеris capita decē. Auicēna canone. v. tractatu. vj.
in sirupi de papauere descriptiōe: opꝫ inquit vt ac-
cipiātur centū papauera viridia vel media ⁊c̄. dein-
de ꝓijciant̄ sup̄ ea Kist decem aque pluuialis. Ga
lenus xestem. Alexāder. Sextarium. Aui. Kist scri
pserunt: paulus quoqꝫ. vij. practice descriptiōe dia-
codion. Item lib. iiij. de neruoꝝ vulneribus aceti xe
stem vnā: picis librā vnā: oppoponacis vncias tres:
quā eandē scribens Auicen. vj. quarti: de cura mor
sus a cane rabido: Kist vnum. Serapio practice. vj.
similiter de cane rabido. Aceti libra vna ⁊ media.
Item. vij. practice descriptione tiriace vini acuti.
Kist duo: ⁊ sunt libre tres. Ex his euidenter appa-
ret: veꝝ videri. mensurā illam que a galeno: Paulo
Bioscoride ⁊ Alexādro. vocat̄ xestes vel sextarius
apud principem Kist appellatam. apparet etiā. Kist
non esse mensurā illam: que ordei vncias capiat de-
cemocto. vini vel aque septuaginta: mellis cētū octo
quod apud principē in pluribus exemplaribus cor
rupte legit̄. Hoc etiā non omittendum videtur: ꝙ
apud Halyabbatē practice decimo tiriace descri-
ptione vbi Paulus xestem serapio ⁊ princeps Kist
Stephanus cadum semp̄ scripsit: vocabuli proprie
tatem minime seruās: quoniā cadus nō sextariū vnū
tātum: sed duos ⁊ septuaginta capit est enim attica
amphora vt priscianus: vel metreta vt ignotus gre-
cus: vrnarū trium capax mēsura: quod ⁊ Pli. sen-
tire videt̄ lib. xiiij. de cesaris liberalitate: quem triū-
phi sui cena: vini phalerni amphoras centū: chij ca-
dos centū distribuisse testat̄. Idem scribit̄ a ianuē-
se Papia auctore. Abusus itaqꝫ vocabulo videt̄ ste
phanus qui xestis vel sextarij loco: cadum scripsit.
Becimo quoqꝫ practice olei nardini descriptione:
olei sissami cados quinqꝫ ⁊ est in cado libra ⁊ media
Quod peccati genus Auicēne quoqꝫ īterpres. xx.
iij. capi. xxij. frequenter. ⁊ alijs aliquādo locis incur
risse deprehendit̄. ex quibus omnibus colligimus.
xestē. sextarium. Kist ac sat vel acsati nomina esse si-
nonima. mensurā importantia. que sexta cōgij pars
est. si. Kist italicum aut sextarium italicum intelliga
mus non autē atticum aut romanum.

Cap. xj.

Cotila congij quidē pars est duodecima sextarij
medietas. mistra magna tria. oxibaffos quattuor. cia
tos vero sex capiens pondere autē olei vncias no-
uē. vini vel aque decē mellis tresdecim semis. quaꝫ
greci cotili triblim: Triblionqꝫ Arabes corboni co
tilum ⁊ interdum cotilā. Nostri eminā. Stephanꝰ
aūt sepe menā appellāt. Simon tm̄ exponit eā aucto
re Galeno vncias nouem. idest duas ⁊ septuaginta
drachmas auctore vero Isidoro drachmas sexagin
ta tm̄. quorū vtrunqꝫ verū est scd̄m diuersas tamen
obseruatiōes. qm̄ Galenus cōes. Isidorus atticos
sequit̄ quoꝝ mensure ad cōes relate. minores sunt
subsesqqnta in proportione: vt sexaginta. ad duo ⁊
septuaginta. Nec hoc a vero dissentire vr̄ his q cō-
munium mensurarum ad atticas habitudinem no-
rūt. Qd̄ autē ab ignoto greco videt̄ dici. cotila est
oxibaffi duo: nō putamus verū qm̄ cōtradicit pau-
lo serapiōi principi ac prisciano ⁊ postremo ipsimet
dicenti cotila hꝫ vncias nouem. Quare videt̄ illud
non ignoti greci dictum. sed superadditum aut scri
ptoris vicio deprauatum.

Cap. xij.

Coenix ex Bioscoride cotile tres ex ignoto greco
⁊ Prisciano octo sextarij lꝫ quattuor italici.

Cap. xiij.

Chinica ex Bioscoride idem.

Cap. xiiij.

Emina idem qd̄ cotila Prisciano teste. At cotilas
q̄s si placeat dixisse licebit eminas geminas recipit
sextarius vnus Habet autem emina vt in cotila di-
ximus ciatos sex nō nouē vt scripsit Simon. Cum
enim sextarius ciatos duodecim tm̄ contineat: non
poterit eius medietas nouem continere qm̄ si sic de
cemocto ciatos sextarius cōtineret. ⁊ tunc ciatus eēt
pars sextarij decimaoctaua non duodecima sicuti
Priscianus testat̄. Sextarij ciatus pars est q̄ est vn
cia libre. Quod si concederet̄ cum ciatus sit vnciā
⁊ mediam capiens mensura tunc setxarius decem-
octo continēs ciatos libras duas cū quadrāte cape
ret olei vncias septem. s. ⁊ viginti. Et consequenter
amphora que teste Paulo. festo. prisciano principe
ac Serapione octo ⁊ q̄dragita capit sextarios duas.
s. ⁊ septuaginta libras olei tm̄ centū ⁊ octo cōtineret
mellis vero centuꝫ duas ⁊ sexaginta: qd̄ auctoribus
antedictis omnibus cōtradicere videtur. Nō igit̄
vr̄ concedendum. ꝙ emina ciatos nouē capiat: mul-
toqꝫ minus: ꝙ vncias viginti aut grana vndecim mil
lia quingenta viginti. qd̄ idē est. hoc enim dato cum
emina sit sextarij medietas. tunc pars equaret̄ toti:
īmo maior esset emina scilicet sextario. qm̄ sextarius
est vncie decēocto. vt ī verbo sextarius italicus. Ca
stigāda vr̄ igit̄ Simonis expositio: vt dicat̄ emina
ex sextarij medietas ciatoꝝ sex mensura. Ubi autem
dicit̄ ꝙ emina romana est vncie vigīti. aut grana vn
decim millia q̄ngēta viginti prima abrasa litera mina
romana nō emina legendum videtur vt dicatur mi
na romana vncias viginti pendet aut grana vnde-
cim milia quingenta viginti. ⁊ tūc inter simonem ⁊
auctores antedictos nulla de hoc erit controuersia.
Et forte taliter scripsit simon sed scriptoꝝ negligen-
tia fuit deprauatū Ad alexandrum vero de lacte dis
sintericis dando. quē simon adducit. vt ostēdat emi
nā nouē ciatoꝝ eē mensuram temptemus ⁊c̄. vt tota
impleatur emina. Sciendum ꝙ liquidorum mensu
rabilium apud medicos: leuissimū est oleū grauissi-
mum mel: vt tractatus huius ca. primo diximꝰ. mel

lis ad oleum proportio est sesquialtera:emina nāqȝ
olei vncias nouem pendet.mellis tresdecim cum di
midia. Ciatus autem pendet vnciam vnam ⁊ semis
In emina igit̄ olei sunt ciati sex quo ad mensuram:
⁊ quo ad pondus quoniam mensuras sex vocatas
ciatos recipit emina olei:quoꝝ quelibet vnciaȝ ⁊ me
diam pendet. Sexies autem vncia ⁊ media nouem
ꝓducit vncias.in emina vero mellis sunt item quo
ad mensuram ciati sex solum nō plures.quo ad pō
dus vero plures ꝙ̄ sex quia nouem.qꝛ si diuidunt̄
vncie tresdecim semis per vnciā ⁊ mediam . qꝺ est
pondus ciati proueniunt nouem. Quare in emina
mellis sunt ciati nouem quo ad pondus . licet quo
ad mensurā sex tm̄.qm̄ mensure.sex appellate ciati
cuiuscunqȝ liquoris fuerint illaȝ replent ad summū
quam ciati mellis sex quo ad pondus non replerēt.
qꝛ sunt quattuor tm̄ quo ad mensuram vncie .s.no-
uem.vt ergo tota impleat̄ emina.ciatis nouem quo
ad pondus sex autem mensura indigebit. Ad quod
respiciens alexāder inquit temptemus igit̄ lac dare
quātum capere possunt tres ciati. Post duas ho-
ras alterū tm̄.aliquibus ⁊ tertio damus vt integra
impleat̄ emino.pondere.s.que nouem constat cia-
tis.ciati enim sex pon dere.i.vncie nouē non reple-
rent eminā integram ponderalem totam.cū illa vn-
cias tresdecim semis capiat.addendi erant iterū cia-
ti tres pondere.i.vncie quattuor semis.⁊ hoc voluit
alexāder vt sentio non ergo dicendum.ꝙ emina cia
tos nouem contineat idest mensuras appellatas cia
tos.quos sextarij italici partes duodecimas aucto-
res exponunt.

¶ Cap.xv.

¶ Reielati apud principem canone.v. descriptione
vnguenti diaquilon videt̄ cotile medietas . vocata
calix.i.vncie quattuor semis.cui concordat ignotus
quidā.quāuis mūdinus exponat vncias quattuor
tm̄.ex paulo tamē practice septimo.ex vl'i quoqȝ an
tidotario.ac ex rasi ad almansorē.vij.de scrophula-
rum cura videtur posse elici qꝺ diximus. Similiter
ex serapione.vij.practice ⁊ principe.v.canone ꝺscri
ptione electuarij quod stat loco alcanzi.

¶ Cap.xvj.

¶ Fiala ex concordia Rasis.iiij.continentis . carta.
lxxxiij.columna prima descriptiōe secūda pillaꝝ ad
asma.cum Aui.x.iij.de cura asmatis .cotilā signifi-
cat. Post horā scripsit Rasis detur ī potu post eas
cotila media. Et ꝯfirmatur idē ex concordia eiusdē
Rasis.iiij.continētis ca rta.c.j.colūna.iij.circa prin-
cipium cum Gale.v.de interioribus. Rasis eniȝ ex
ponit fialā vnciaꝝ nouē mensurā pleuretici reijciūt
quaqȝ die sex vel septē fialas:sed fiala est.nouem vn
ciaꝝ. Gale.vo loco allegato. Si quaqȝ die quātitas
saniei quā screāt coadunet̄.īueniet illā.sex aut octo
cotilas. Castigādus vo videt̄ textus rasis in ꝑdicta
rū pillaꝝ descriptione loco ꝑdicto.vbi fialā mediaȝ
exponit vncias nouem.qm̄ contradicit dictis suis
superioribus ⁊ Gale.⁊ scribendū videt̄ vncie quat
tuor semis.i.cotila media.similiter ⁊ principis litte-
ra corrigēda vbi post descriptionem pillularum su-
perius immediate descriptarum dicit̄. ℞.pulpe col
loquintide danic duo.seminis vrtice ⁊c.deinde po
tentur drachme due aut tres aque mellis quoniam
loco superius adducto.scribunt̄ a Rasi non drach-
me due aut tres:sed vncie due aut tres:⁊ videt̄ tex-
tus rasis melior. Quare inferri merito potest.fialam
⁊ cotilam vnam ⁊ eandem esse mensuram . quāuis
apud ignotum quēdam legatur fiala est sexta pars
sextarij quod non videt̄ .verū qꝛ tunc esset ciati duo
⁊ non sex.

¶ Cap.xvij.

¶ Mistrum cōmune magnum : cotile pars est ter-
tia:sextarij sexta:ciatorum duorum capax mēsura ha
bet autē pondere:olei quidem vncias tres:vini vel
aque vncias tres scripulos octo:mellis vero vncias
quattuor semis. Testat̄ hoc Paulus serapio ⁊ prin
ceps.verum Serapio Muchitrū princeps Me-
strū appellat. Galenus vero interdū pugillum vt ex
posuit glosator decimo de ingenio sanitatis.de cu-
ra marasmi:vbi in exhibitione lactis asinini . Dan-
dū inquit prima die lac asine pugillo vno non plus.
Et infra:licebit tibi offerēti multitudinē lactis auge
re dimidij pugilli.cui cōcordare vr̄ Joannes dama
scenus de lacte pthisicis dando. Et oportet inqt vt
lactis dandi quātitas comparetur virtuti suscipien-
tis:quare incipiendū a quātitate minori dādo de eo
circiter vncias tres.in prima die. Et in crastina ad-
datur ⁊c.mūdinus quoqȝ inquit Pugillus est mē-
sura vnciarum trium. Et cōfirmatur iteꝝ ex Gale-
no decimo vt supra. Qui denique ex ira febriunt:
bibat aq̄ frigide cotilas duas.i. pugillos sex . Due
autem cotile sunt vncie decem octo:que diuise per
sex reddunt tria:igitur pugillus videtur vncie tres
Quāuis apud Rasim.vj.ꝯtinētis carta.cxl.colū.ij.
circa mediū exponat̄ pugillus Keratia.vj.⁊ Kera-
tium est grana ordei quattuor ꝰm quā expositioneȝ
pugillus eēt quātitas scripuli vniꝰ qꝺ non vr̄ verū.
Ex his arguet qs. Aui.textum positū decima tertij
tractatu quinto:de exhibitione lactis asinini videri
mēdosum: Et mulgeat̄ inquit ex eo medietas sacra-
iati:⁊ est quātitas eius quod in potu dat̄ in die pri-
mo: Sacraiati nāqȝ medietas:vt superius ostendi-
mus est sexcuncia.i.vncia ⁊ semis pauloplus:quo-
niam sacraiati ex principis ac serapionis descriptio-
ne:est sextarij sex ⁊ quarta:drachme.s.quinqȝ ⁊ vi-
ginti:quare dissentire videt̄ a galeno .simul ⁊ Da-
masceno ꝺ lactis exhibēdi mēsura. Qꝺ aūt ab igno
to greco dr̄:ꝙ mistrū magnū est ciati tres nō videt̄
verum : qꝛ tunc esset cotile medietas vncie.scilicet
quattuor semis:non paris eius tertia : vncie.s. tres:
quod paulus serapio princeps ⁊ priscianꝰ affirmāt.
Quamobrem cogor credere tractatulum illum vi-
ciatum fuisse multaqȝ non recte dicta ignoti benedi
ctis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

ctis fuisse superaddita.

¶ Cap.xviij.

¶ Calix est fiale siue cotile medietas.mẽsura.s.ciato rum triũ:põdere vncias quattuor ⁊ semis habens. Testat concordia Rasis.iiij.ↄtinentis carta.lxxxiij. colũna prima descriptione.ij.pillarũ ad asma cuʒ se ipso libro eodẽ carta.lxxxv.col.j.circa fi.descriptõie itẽ pillarũ ad asma q̃ sunt pene eedẽ cũ primis cũ Aui.x.iij.tractatu p̄rio.c.xl.de cura asmatis descri ptiõe pillularũ earũdẽ rasis post pillulas cart.lxxxiij. descriptas iussit dari aquã mellis ad fialã mediam carta vero.lxxxv.ad modũ vnius calicis.Auic.vero cotilã mediã.Idẽ ergo ẽ ꝑ horũ cõcordiã calix vnus qd̄ fiala media. Sʒ nala media vel cotila media est vncie quattuor semis vt in vbo fiala igit calix est mẽ sura vnciarũ quattuor semis. Quare mẽdosa videt vtraqʒ expositio in rasi superaddita tam fiale medie q̃ calicis vnius cũ vtrũqʒ exponat vncie nouẽ:qua re vtrobiqʒ scribẽdũ vr̃ vncie quattuor semis:⁊ non nouẽ hoc enim dato pars equaret toti qd̄ est ipossẽ.

¶ Cap.xix

¶ Pugillus.vt in verbo mistrum commune ma gnum mensura est cotile pars tertia pondere vncia rum trium capax.

¶ Cap.xx.

¶ Oribaffus ex principe Paulo ⁊ Serapione cia tus est cũ dimidio.cotile pars quarta.põdere autẽ obseruatiõe cõi drachmas hʒ decẽocto olei.vini vl' aque viginti.mellis septẽ ⁊ viginti.obseruatiõe ve ro attica drachmas hʒ olei quindeciʒ tm̃ vini vel aq̃ ⁊ mellis scd̄m ꝓportionẽ sepius dictã.Quod vero apud ignotũ grecũ legit.oribaffus hʒ ciatos tres.i. vncias quattuor semis nõ vr̃ verũ qd̄ ẽt ab eodẽ dr̃. hʒ vncias duas ⁊ stagia duo si diceret ⁊ drachmas duas:videret verũ.Hanc mensurã Plinius aceta bulũ Serapio ⁊ princeps Acsuneffi vocitant Verũ princeps loco drachmarum decemocto :darchimet scripsit decemocto . Interdum acsuffi legitur vt apud Serapionem cap.de Titimalo :cuius tamen textus vr̃ mẽdosus dũ dr̃.Qñ accipit ex semĩe ⁊ fo lio eius pondus duorũ acsuffi ⁊ bibũtur faciunt idẽ qd̄ ipsum lacrimũ.⁊ similiter textus rasis vr̃ mẽdo sus cõtinẽtis.xxiij.ca.eodẽ cũ dr̃ vncia vna ⁊ media vr̃ legẽdũ ex Dioscoride oribaffi medij q̃titas dra chme.s.nouẽ queʒ auctorẽ tã Rasis q̃ Serapio te stant:folia inquit Dioscorides latinus multi colle cta seruãt semẽ ⁊ folia eius oribaffi dimidiati mẽsu ra potata virtuteʒ lachrymi ipsi⁹ cõplẽt in greco exẽ plari plitos imisis ozi vaphi potizoriena.

¶ Cap.xxj.

¶ Anesimen apud principẽ: Acsasse apud Sera pionẽ ex cõcordia vtriusqʒ cũ Dioscoride de cucu mere siluestri est oribaffus:vbi enim Dioscorides: Corij radicũ eius quarta parte oribaffi i latino exẽ plari in greco ton tertarton oziuaphu. Serapio q̃n ta Acsasse:Auicenna.Anesimen scripsit: Nec ꝑte reũdũ vr̃ q: Dioscorides ⁊ Serapio ex succo radi cis ⁊ corio eiusdẽ simul medicamen compositus fa ciunt ad idropicos princeps ex vtroqʒ disiũctiʒ vnũ simpler:vtens disiunctiua aut que coniunctiue vi detur intelligenda aut.s.pro ⁊.

¶ Cap.xxij.

¶ Rassuf ex cõcordia serapionis cum Dioscoride ⁊ Plinio:capitulo de psillio est oribaffus.Ad rami cem puerorum inquit Serapio:Accipiat de psillio quantitas duorum Rassuf:teratur ⁊ infundat i dua bus sotilis aque dioscorides enterocelicos infantes ⁊ foras habentes vmbilicos in cataplasmate adhibi tum psillium maxime curat oribaffo vno tritum:⁊ in duab⁹ digitis aque infusuʒ in latino in greco vo ozi uaphu plitos en dijn cataplastomenõ sin ozi.Pli.li. xxv.ca.ix.Acetabuli mensura sextario aque: densa t ⁊ ↄtrahit:terrere opʒ ⁊c̃.Quare videtur legendũ in Serapione quantitas Rassuf vnius non duorum ex concordia Plinij ⁊ Dioscoridis:Item capit.de Ruta cum sumitur inquit Serapio ex semine eius quantitas Rassuf cum vino Dioscorides oson ozi uaphuton spermatos en inopotentos in exempla ri greco ⁊ in latino oribaffus seminis ipsius bibi tus capitulo similiter de origano scripsit Serapio si bibitur ex eo sicco quantitas Rassuf cũ aqua ⁊ mel le:superfluitates melancolicas ⁊ cetera Dioes ori baffi quantitas oziuaphuplitos legit aliquãdo Ris suf:vt capitu.de origano apud Serapionem idẽ ex his ⁊ capitibus duobus superioribus inferri posse videtur oribaffum Acetabulum Acsuffi Acsunef Anesinem Acsasse Rassuf vel Rissuf nomina esse sinonima mensuram eandem importantia cotile sci licet partem quartam drachmarum decemocto pon dus capientem obseruatione cõmuni Attica vero quindecim tantum.

¶ Cap.xxiij.

¶ Raffitius vel Rassitius ex cõcordia principis ca none.v.cum Halyabbate practice decimo ⁊ Sera pione septimo breuiarij descriptione alkanzi mensu ra est cipria ⁊ videtur eminam siue cotilam significa re.℞.inquit princeps loco antedicto granorum mir ti caffitiũ semis . Halyabbas granoruʒ mirti semis eminam ⁊ apud quosdam eminam:de quorum nu mero serapio forte fuit : qui granorum mirti libram vnam scripsit:atticam quidem intelligens libram qn qʒ ⁊ septuaginta constantem drachmis:vncijs.s.no uem cum tribus octauis:quam tribus drachmis tã tum maiorem emina tractatu.ij.de ponderibus in li bra ostẽdimus:hec videtur caffitij significatio quã uis apud mundinum ⁊ ignotos quosdam exponã tur mensura vnciarum quindecim : quod rationi cõ sentaneum non videtur quoniam medicina quam descripsit Rasis.viij.cõtinẽtis de colica carta.cxcix. colũna.ij.infra medium:quam dicit constare ex ster core columbino caff.tio vno : aneti pugillo vno :⁊ aque rotulis duobus decoquendis donec rotuli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

medietas remaneat si vnciaꝝ quidecim mensura caſſitius ſit:adeo ſpiſſa redderet vt potabilis fieri nullo mō poſſe videat̃.Aduertendū pͥcipis textū ſextadecima.iij.poſitū de colica cap.de cōpoſitione medicinaꝝ ſoluentiū flegma videri mēdoſuȝ cuȝ dicit̃. Solutiuū aliud ſoꝛte.℞.caſſitiū vnū fimi colūbini: ⁊ manipulū vnū aneti ⁊ danich aque daurach videt̃ legendū.i.libꝛe tres.Nec audiendus pandectarius ſcribēs Caſſitiū appellari Stercus colūbinū deceptus ex mō ſcribēdi vnitatē:Jotam.n.vtriqꝫ punctis ſignatā nō numeri ſed expoſitionis ſignū credidit: qꝺ tn̄ erroꝛis genus nō pādectario viro doctiſſimo tribuendū dixeriȝ ſed eoꝝ alicui potius:qui pꝛioꝛū cōmentaria ſupplere volētes:ea ſepiſſime maculant ⁊ ſua multa coꝛrupte dicta alioꝛum benedictis ſine pudoꝛe cōmiſcent.

¶ Cap.xxiiij.

¶ Ciatus mēſura que cotile vel emine pars eſt ſexta miſtri magni cōis dimidia pōdere obſeruatione cōi capiens olei dꝛachmas duodeciȝ vini vel aque treſdeciȝ ⁊ ſcripulū mellis vero decēocto teſtat̃ paulus ignotus grecus ⁊ pꝛinceps hāc mēſurā arabes coatum interdū conos appellant aliqn̄ almuneſi alcautu vel alcautus vel alcoatus.

¶ Cap.xxv.

¶ Cuabiū ex cōcoꝛdia raſis.v.cōtinentis car.cxxiij. colū.j.ſupꝛa mediū cū galēo.viij.miemir auctoꝛe archigene apud vtrūqꝫ eſt ciatus: qꝺ ſi fuerit inflamatio inqt raſis cū interiectione lamētabili abſqꝫ febꝛe ⁊c̃.da in potū qdeȝ ad modū triū cuabij cū aqua frigida bis aut ter.Gale.vbi ſupꝛa ī alijs vero que circa ſtōm moleſtus his qdem qbus adurĩt ſtōus cū ex ſolutione ⁊ lipotomia vel in appetibilitate ex quacūqꝫ cauſa pꝛeter febꝛē ciatos tres vel quattuoꝛ aq̄ frigide da ſoꝛbere bis aut ter per interualla.

¶ Cap.xxvj.

¶ Briala ex cōcoꝛdia pꝛincipis.iij.pꝛimi de regimine aque ⁊ vini cū Raſi.xxv.cōtinētis cap.j.de canone cibi ⁊ potus: eſt ciat⁹. Sup cibū tn̄ inqt pꝛīceps bꝛialas duas aut tres biber̃ nō nocet ei qui ꝯſueuit: Raſis qꝛ in autūno debes potu vti ſup cibū aut poſt in modica quantitate tribus ciatis.

¶ Cap.xxvij.

¶ Coanuſuȝ decio ſeptimo cōtinentis: de cura ethice:pugillū ſignificat mēſurā.ſ.ciatoꝝ duoꝝ ex cōcoꝛdia Raſis ⁊ galeni decio de ingenio ſanitatis circa finē quē raſis adducit loco ſupius allegato.

¶ Cap.xxviij.

¶ Miſtrū cōe paruū qꝺ ⁊ chima parua dicit̃:ciati medietas eſt:teſtibus paulo ſerapione ⁊ pꝛincipe hꝫ aūt pondere dꝛachmas ſex olei:vini vel aque ſcripulos viginti:mellis vero dꝛachmas nouē verū Serapio muchitrū paruū pꝛinceps meſtrū appellat.Serapio itē ⁊ pꝛinceps ꝓ dꝛachmis ſex darchimet ſex ſcribunt: ꝓ ſcripulis vero viginti ſcripſit pꝛinceps goꝛmie vigīti exquo facile ſciri pōt Darchimet apꝺ arabes dꝛachmā goꝛmiā ſcripulū ſignificare vt i verbo goꝛmia.trac.ij.

¶ Cap.xxix.

¶ Bachates parua ex cōcoꝛdia ſerapionis pꝛactice.iij.capi.qntodecimo:cū Aui.canone.v.ſūma.ij.trac.vj.⁊ bimaſui cōtinētis.v.carta cēteſimaquinta ⁊ vigeſima:colū.ij.ſupꝛa mediū:eſt dꝛachme quinqꝫ.Jn deſcriptione medicine de ſucco granatoꝝ ⁊ mēte ad vomitū.℞.inqt bimaſui ſucci granoꝝ granatoꝛū dꝛachmas triginta ſucci mente dꝛachmas decē.Aui.ſucci granoꝝ granatoꝝ dꝛachmas trigīta mente ⁊ ſiſimbꝛij an̄.dꝛachmas qnqꝫ:Serapio ſucci granatoꝝ ſilr dꝛachmas trigīta ſucci mēte ſiſimbꝛij an̄.bachatem paruā.Jdē igitur videt̃ dꝛachme quinqꝫ ⁊ bachates parua.Cōfirmat̃ ex Andromatho octauo miemir vt ſcribit̃ a galeno ex theodoꝛo quoqꝫ pꝛiſciano pꝛactice.iij.cap.vj.paraſō incidēte ſtō ⁊c̃.ex paulo.itē pꝛactice ſilr̃.iij.cap.xxxvij.ex raſi ēt.v.cōtinētis loco cis ꝙplurimis auctoꝛe ꝑcipue bimaſui q oēs medicinā ꝑdictā deſcribentes granatoꝝ ſuccū triplū ponūt ad mente ſuccū:Quare cū ⁊ apud Serapioneȝ granatoꝝ ſuccus ſit dꝛachme trigīta mēte ⁊ ſiſimbꝛij erit dꝛachme decē bachates ergo due ſucci dꝛachme decē erunt.Et cōſequēter bachates parua vna dꝛachme quinqꝫ vt ſcripſit pꝛinceps.

¶ Cap.xxx.

¶ Miſtrū atticū magnum ex dioſcoꝛide cotile attice pars eſt decimaoctaua ſcripuli.ſ.decē.i.oboli vigīti nō quattuoꝛ ⁊ viginti ſicuti apud Jgnotum grecuȝ legitur aſſerentē tuū ſtagioꝝ.i.aureoꝝ pondus.

¶ Cap.xxxj.

¶ Miſtrū atticū minus ex eodem Dios ⁊ Jgnoto greco ⁊ pꝛiſciano oboli qdeciȝ:eſt.n.pars quarta ciati:ſexagīta capientis obolos obſeruatiōe qdem attica cōi.n.obſeruatiōe:duos ⁊ ſeptuaginta capit.

¶ Cap.xxxij.

¶ Conos ex cōcoꝛdia Serapionis ⁊ Dioſcoꝛidis cap.de abſinthio ⁊ de ciclamine ciatus eſt:vtrobiqꝫ.n.vbi a Serapione conos a dioſcoꝛide ciatus ſcribitur:Jtem ex concoꝛdia eoꝛumdem de vrina cū raſi.vij.continentis capitulo de Jdropiſi vbi enim Dioſcoꝛides ⁊ Raſis dant vrine capꝛine ciatum vnum cum dꝛachma vna ſpice Serapio conon quamuis apud gallenum nono miemir de cura ydropiſis auctoꝛe archigene ſcribatur vrine capꝛine coclearium vnum cū ſpica qui locus videtur depꝛauatus ⁊ ſcribendum ciatus.

¶ Cap.xxxiij.

¶ Miſtrum atticum iuſtiſſimuȝ ex Dioſcoꝛide oboli octo.

¶ Cap.xxxiiij.

¶ Cianes menſura que obſeruatiōe cōmuni paruū coclearīuȝ dicitur:habet aūt pondere obſeruatione cōmuni dꝛachmam vnam ſiue obolos ſex obſeruatione vero attica obolos quinqꝫ tantū attica coclearia minima duo teſte Pꝛiſciano.

¶ Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

¶ Cap.xxxiiij.

¶ Nux duplex parua ⁊ magna. Parua quā igno-
tus grecus ponticā vocat hꝫ Keratia decē octo apō
ipsum scripulos.s.cōes tres aut drachmā cōeꝫ vnā
aut cocleariū paruum vnū.qȯ ⁊ Serapionis cōcor
dia primo practice.c.xxiij.descriptione medicine ad
epilepsiā cū Rasi.j.cōtinētis.c.j.⁊ cū Alexā.de cu-
ra epilepsie vr̄ testari. Sed ex medicinis simplicibꝰ
inquit Serapio.ē:piretrū terat̄ ⁊ misceat̄ cū melle
⁊ det̄ ex eo cocleariū vnum. Et Alexander similiter
de epilensia. Et maxime ad istā facit piretri radix tri
ta cum melle vt electuarium composita dabis auteꝫ
exinde cocleariū Rasis vero vbi supra. Medicina i
quit valde bona ⁊ expta. ℞. sisseleos ⁊c̄. Sumat̄ ex
ea quantitas nucis ⁊ infra. Ex medicinis facilibus
est piretrū mixtū cū melle ⁊ exhibitū in quantitate nu
cis:verū apud Serapionē ⁊ principē describit̄ nux
parua habere seminet.i.obolos septē drachmam.s.
vnaꝫ ⁊ eius sextam: qȯ ⁊ rasis ad almansorē lib.viij.
c.de opio videt̄ senitre.duꝫ dixit det̄ de tyriaca ab
auellane ad nucis magnitudinē:ac si diceret.a kera
tijs decēocto.ad vnū ⁊ viginti.i.ab obolis sex ad se
ptē.tra.iij.c.xxxiiij.

¶ Nux magna vl' nux regalis vocata. ab ignoto gre
co:tres hꝫ aureos:aut drachmas quattuor apud eū
dem.⁊ est semūcia verū apud Serapionē ⁊ princi-
pē:nō drachmas quattuor:sed duas tm̄: ⁊ drachme
tertiā.i.obolos quattuordecim quos illi vocāt semi
net quotiēs autē apud nr̄os nux absolute scribit̄ mi
norē intelligendā arbitramur.

¶ Cap.xxxv.

¶ Coclear minimū obseruatiōe cōi: semidrachma
est pondere ex concordia principis dioscoridis.pau
li:⁊ plinij. Scḋo canone.c.de aloe in mēbroꝝ nutri
menti areola. Qn̄ inquit princeps bibunt̄ ex eo co-
clearia duo cū aqua frigida ⁊ tepida infringit appe-
titū salsum: Similiter Dios.coclearioꝝ duorū pon-
dere in greco exemplari cochliariō plistos q̄uis in
latino legat̄ ciatis duobꝰ. Paulus practice septīo
de purgantibus coleram. Aloe drachma vna cum
mellicrato det̄. Si minꝰ det̄ vt tres oboli :solū ster
cus euacuat Pli,libro.xxvij.ca.xlj.de Aloe. Con-
firmat stomachum bibitū drachma vna. Ad stoma-
ci vero dissolutionē duobus ciatis aq̄ frigide coclea
ris mensura bis terue inde. Diosco. ⁊ princeps co-
clearia duo Pli.⁊ Paulus drachmā scripserūt.tā
tundē igitur est coclearia minima duo:quātū drach
ma vna:ex horuꝫ concordia. Minimū igitur coclear
semidrachma iure dicitur.

¶ Cap.xxxvj.

¶ Coclear paruum drachmā integrā pōdere capit.
Testat̄ cōcordia dioscoridis ca.de castoreo: cū ga-
leno vndecimo de simplici medicina cap.eodeꝫ. Il
lis inquit dioscorides latinus q ex plenitudine spa-
smū patiunt̄ aut tremorē neruorū vtillimū castoreū
datū mulsa drachma vna aut cocleario vno. Gale-
nus vbi supra vt dicat aliquis tepidā febrē patiēti-
bus castoreū cum pipere albo quātitate coclearij ō
vtroqꝫ p mellicratū. Et galeni verba referens Rasis
continētis.xxj.simplici.ccj. Castoreū inquit ē maxi-
mi iuuamenti:cū patiens est absqꝫ febre:aut eius fe-
bris est lenta:sicut illa que apparet in senibus ⁊ illa
q̄ est i litargia:q: plures ex his nos liberabimus cū
pipere albo ⁊ castoreo pōdere aurei vnius de quo-
libet cū idromelle:ecce vbi Gale.cocleariū rasis au
reū scripsit:qui drachma exponēdus vr̄ ex arabum
vulgata cōsuetudine aureū ꝓ drachma frequētissi-
me scribētiū vt multis in locis ondimus:⁊ adhuc ex
Dioscoridis ⁊ Plinij ↄcordia cū Rasi de castoreo
plane ↄuincit̄. Castoreū inquit Dioscorides in lati-
no exēplari bibitū cū pulegio drachmis duabꝰ men
struis imperat in greco ēt potis garmeta gliconos
olcm plitos dyin Plinius dari drachmas binas sa-
tis eoꝝ que adijciūtur singulas Rasis cū sumuntur
ex eo ⁊ mētastro siluestri an̄.aurei duo ꝓuocat men
strua vbi illi drachmas:hic aureos scripsit.

¶ Cap.xxxvij.

¶ Coclear vero magnum: ex aetio medico illustri
greco:georgio valla interp̄te est mēsura que mistri
cōis parui ps est tertia duas quidē pondere capiēs
drachmas:sesquiexagiū.s.i. aureū cuꝫ dimidio :qȯ
idē ē qȯ drachme due vl' sicillicus.i.vncie ps quar
ta:verū ex cōcordia Alexandri pauli ⁊ principis de
āpatibꝰ renuꝫ vr̄ q coclear magnū sit sesq̄drachma
i.drachma ⁊ media solū nō due. ℞.inquit Alexan-
der lini seminis pulueris drachmas duas amili dra
chmam vnā:dabis in aqua coclearium vnum ad bi
bēdū. Paulus selini partes duas amili partē vnam
bibant cocleariū vnū: At vero princeps ex potioni-
bus expertis inquit est illud qȯ recipit seminis lini
pondus aureoꝝ duoꝝ amili aureū vnū:⁊ est due do
ses cū aureus ꝓ drachma hoc loco accipiendus sit:
vt scripsit Alexāder a quo ⁊ paulus ⁊ princeps ac-
cepere:qȯ diximus medicamen ⁊ aggregatū ex tri-
bus drachmis diuidenduꝫ in doses duas equales:
vt scripsit princeps: quaꝝ vtraqꝫ sit cocleariuꝫ:vt ex
pressit alexāder sequi videt̄ :coclear magnū dicēdū
mensuram: que mistri cōmunis parui pars ē quar-
ta non tertia drachma.s.⁊ media:nō auteꝫ due. Cui
sententie consonare videtur Serapio.v.practice.c.
xxxv.descriptione Diamargaritonis Detur inquit
ex eo cocleariuꝫ aut duo coclearia ⁊ sunt aurei tres
idest drachme tres.

¶ Cap.xxxviij.

¶ Coclear autem maximum est mensura :que cia-
ti pars est:tertia pondere semunciam capiens:quod
mellarium dici posset cuius serapio ⁊ princeps de
ponderibus tractantes ⁊ mensuris meminerunt.
De quo Serapio iterum practice.v.ca.xxxiiij.circa
finem butiri inquit vaccini ⁊ mellis an̄. coclearium
vnum:⁊ est drachme quattuor.

¶ Cap.xxxix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

¶ Flagerim apud Serapionez ca. de squilla: ex cõcordia Dioscoridis cũ eo. ca. eodẽ paruũ coclear significat: Accipiat inquit Serapio ex squilla assata ps vna ex sale assato ⁊ trito partes octo ⁊ det in ieiuno pondus vnius salgerim ad laxandũ ventrẽ. Dioscorides squille pars vna. salis assi partes octo accepto cocleario vno vel duobus ventrem mollit. en merostis scillis alon opton meziocto didomen coclearion enidio. Rasis ẽt cõtinẽtis. xxj. Si sumeret pars vna ex squilla assata ⁊ octo ptes salis similiter assati ⁊ simul terrerent ⁊ daret ex eis pondus aurei vnius laxaret ventrem aureuz pro drachma scripsit rasis paruum inuens coclearium.

¶ Cap. xl.

¶ Fabaliel ex cõcordia serapionis cũ dioscoride ca. de scamonea significat coclear minimum pondus. s. drachme medie ⁊ dosis eius inquit Serapio sit fm fortitudinem eius qui sumit ⁊ scda dosis sit fabaliel triũ. Et media duoꝝ fabaliel ⁊ parua vnũ Dioscorides in greco exemplari loco fabaliel coclearium scripsit dmamin tomen te lijn tria coclearia meson in latino nihil eorum legimus. in. viij. Almãsore. c. liiij. ꝺ sca. dr Minus qꝺ de ea dat est sexta pars drachme vnius. i. obolus grana. s. duodeciz. Plus vero quãtitas duarũ tertiaꝝ drachme vnius. i. scripuli duo. xxij. Cõtinẽtis. c. de scamonea sumpta in põdere aurei medij aut dãich quattuor ⁊ medij cũ sirupo mellis laxat colerã ⁊ flegma. Et sufficiens sumptio eius ad leniẽdũ vẽtrẽ in quãti tate danich triũ tñ ĩ potione ⁊ magna ĩ quãtitate danich quattuor ⁊ medij sera. vij. practice. c. xij. ⁊ potio eius integra scdm sñiaz antiquoꝝ ẽ nouẽ Kirat sz fm sñiam modernorum est duo danich. Hec ꝯuis dicta sunt pter intentum principale non inutilia forte videbunt.

¶ Cap. xlj.

¶ Colananos apud Serapionẽ. c. de sulphure exponit: Coclearium: ex cõcordia eiusdẽ cũ Dioscoride ca. eodez recte exponit. Qñ accipit de eo inqt Serapio quantitas vnius colananos ⁊ sumit in potu cũ aqua aut cũ ouo sorbili: curat icteritiã. Diosc. ictericis cocleario in ouo sorbili accepto prodest in latino exemplari in greco vo apocateride ce ton icteron cocleariu plitos.

¶ Cap. xlij.

¶ Paclanariũ vel faclanariũ ex ꝯcordia Diosco. ⁊ Serap. de condiso: qꝺ struchion Diosco. nominat. idẽ ẽ ⁊ ipm ꝗ cocleariũ Ab vtroqz dr cũ melle datũ mouere vrinã a Serapiõe põdere paclanarij. a dio sco. coclearij syn meliti coclearion plitos. Jtẽ ex concordia eorũdem cuz princip pli. ⁊ paulo. c. de aloe.

¶ Cap. xliij.

¶ Aben mensura est eadẽ quod Kist romanũ: que põdere qdẽ hz olei vncias viginti vini vel aq̃ duas ⁊ viginti pauloplus mellis triginta. Et ita castigandus videtur Serapionis textus cum dicitur. Aben mellis ẽ mine due aben olei est mina ⁊ media: quoniã mendosus videt. Si enim intelligat vt sonat ꝑportio mellis ad oleũ seruari nullo pacto poterit: q̃ est sesqualtera. Quare legendũ videt. Aben mellis mina ⁊ media ⁊ romanam intelligo. Aben olei mina vna idest vncie viginti. Sicuti de eiub mellis scripsit princeps: qꝺ idem est qꝺ aben: ⁊ tunc mellis ad oleum seruabitur proportio sesqualtera. s.

¶ Cap. xliiij.

¶ Eiub mensura que ⁊ aben ⁊ est vt scripsit priceps mellis hñs libras duas semis. i. vncias triginta: olei vero minã vnã tm nõ minã ⁊ mediã vt apud pricipẽ corruptis exẽplarib⁹ legit minã tñ romanã opz intelligas aliter forte pateret instantiam.

¶ Cap. xlv.

¶ Eberie apud pricipẽ tertia quarti: de cura lepre. i decoctione ad leprosos videt idez qꝺ eiub. s. Kist romanũ. Bartholomeus tñ montagnana in cõsilio ad leprosos. eandẽ describẽs decoctionem loco eberie libram scripsit.

¶ Cap. xlvj.

¶ Medimnus ex his que colligunt ex paulo Dioscoride. ⁊ Prisciano videt mensura reꝝ siccarũ. sex capiẽs modios cuius medietas est amphora italica modioꝝ triũ capax. octo. s. ⁊ quadraginta sextariorũ mensura quarta vero pars amphora itẽ vocata modij vnius ⁊ medij mensura: quattuor ⁊ viginti capiens sextarios. qr medimn⁹ modios sex capit italicos septẽ vero atticos ex Dioscoride Paulo ⁊ Prisciano. Quibus assentiri videt plutarchus in Attico. quem donasse vniuersos athenienses frumẽto ꝯmemorat: ⁊ ita vt singulis septẽ modij trttici darent q modus mẽsure medimn⁹ athenis appellat. Modij aũt septẽ attici faciunt cões vel italicos sex paulo minus. Apud ignotũ grecũ medimnus modiorũ sex cũ tribus octauis legit. dicit. n. medimnũ cõstare ex xestis centũ duabus que diuise per sexdecim q est numerus zestium ex quibus constat modius dabunt sex cum tribus octauis

¶ Cap. xlvij.

¶ Artaba mẽsura egiptia. modios tres italicos ⁊ modij partẽ tertiã capiens. vt Priscianus testat. Nãqz decẽ modijs explebit artaba triplex. Apud paulum habet modium vnum tãtum.

¶ Cap. xlviij.

¶ Modius mẽsura est que lz apud hebreos duos ⁊ vigiti sextarios ꝯtineret: apud nostros tñ sexdecim tm cõtinet testat Priscianus q dicit amphorã mensurã pedis q̃drati tres capere modios. sed diuisis octo ⁊ q̃draginta sextari⁹ ex qbus cõstat amphora per tria ꝑueniũt sexdeciz. ergo modius qui est amphore pars tertia. sexdecim completur sextarijs.

FJNJS.

¶ Explicit libellus de ponderibus ac mẽsuris medicinalibus Dominici Vincentini Arcignanei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

Libri tertij De febribus et apostematibus. so, cōti. et morsibus animaliū venenatorū.

Tractatus primus De

febribus continens capita sex.

Tractatus secūdus De

apostematibus et solu.continuitatis continens capita.xxxix.

Tractatus tertius De

venenatorum animalium morsibus continens capita nouem.

Tabula libri quarti De

simplicibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

Tabula libri quinti De Dietis.

¶ Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

Tabula Tractatus De Morbo gallico Jo. almenar hyspani.

Finis.

Tabula tractat⁹ de cura vlcerum exteriorum Angeli Bolognini.

Tractatus primus ⁊ est

Pars theorica continens capita quattuor.

Tractatus sedus ⁊ est

Pars practice continens cap.xvij.

Tabula Tractatus De vnguẽtis Angeli bolognini septẽ ꝯtinẽs capitula.

Finis.

Tabula Tractatus De pestilenti febre Alexandri benedicti.

Finis.

¶ Aureum opus ⁊ sublime ad medellã nõ parum vtile Plinij philosophi ⁊ medici ĩtegerrimi. nõnullaq; opuscula: videlicet Joãnis Almenar: Nicolai Leniceni ĩterꝑtis fidelissimi ambobus: De morbo gallico vt vulgo diciŕ: Angeli Bolognini de cura vlcerũ exterioꝝ: Alexãdri bñdicti de peste: ⁊ Dñici Arcignanei de põderib⁹ feliciter expliciũt. Jmꝑssa Papie ꝑ Bernardinũ de Garaldis. Anno. 1516.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
11/D/2